600043262N

G. 106. P. 19.

E. BIBL. RADCL.

189494. e 6/2

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

GUSTAVI PAYKULL
SER. SVEC. REG. CANCELLAR. A CONSILIIS:
ACADD. ET SOCIET. SCIENTIARUM STOCKHOLM.
UPSAL. PETROPOL. CÆS. NAT. CUR. FLORENT. SIE-
NENS. NATUR. SCRUT. BEROL., HIST. NAT.
PARIS. ET HAFNIENSIS, MEMBRI

FAUNA SVECICA.

INSECTA.

TOMUS. II.

UPSALIÆ,
LITTERIS JOH. F. EDMAN, REG. ACAD. TYPOGR.

Digitized by Google

Digitized by Google

Proëmium.

De uſu atque neceſſitate Faunæ Svecicæ renovatæ diu inter nos convenit, & triginta ſex annorum decurſus ex quo noſter A LINNÉ *hujusmodi opere Hiſtoriam Naturalem locupletavit, tam amplum aperuit ejus indefeſſis cultoribus rimandi campum, ut numerus animalium ſpecierum tunc temporis patrio ſolo repertarum, multiplici incremento ſe hodie conſpiciendum præbeat. Nec mirum, cum paucæ fortasſis regiones hac periodo plures exhibere posſunt in qualibet Zoologiæ parte primi ordinis Scrutatores. Tum præſens ætas, tum grata poſteritas meritis magnorum nominum* DE GEERII, CARLSONII, THUNBERGII, ÖDMANNI, MODEERII, BONSDORFII, OSBECKII, BJERKANDRI *cum voluptate immorabitur.*

Ad hæc tamen nihilo minus Fauna Svecica, noſtro adcommodata ævo, plane deſtituimur. Age dum hanc inopiam pro viribus ſublevare conabor. Gravitatem oneris equidem perſentio pariter ac incepti amplitudinem. Infra perfectionis gradum procul dubio ſubſiſtent mea molimina. Per longam adhuc annorum ſeriem fatum erit hujus generis laborum ut emendationibus indigeant; ſed licet novæ obſervationes diu veteres prodant defectus, attamen

Digitized by Google

quæcunque Hiſtoriæ Naturalis illuſtrata materies gradus eſt ad perfectionem novus, quo reſpectu confidens ut mei conatus in Scientiæ emolumentum cedant, Lectorum faventiora mihi expetere audeo judicia.

Siquidem vaſtitas Regni Animalis ſæpenumero impedit quo minus Naturæ Scrutator ſingulas iſtius claſſes ſimul amplecti queat, huic conſiderationi convenienter hancce Faunam in plures partitiones principales diſtribuere propoſui, quo pacto unusquisque quamlibet partem eligere poſſit, ibidemque abſolutum reperiat opus, reliquarum mole haud gravandus.

Ab Inſectis exordium cepi: non ideo quod illorum cognitionem præ primis neceſſariam opinor, ſed ex ea unice ratione, quoniam illa Claſſis in Monographiis meis primum meditata, primum abſoluta eſt. Mammalibus tamen propterea atque Avibus publicandis non longe deero, porro ordinem, quem opus admiſerit, perſecuturus.

In Inſectis diſponendis Fabricianum Syſtema, inſtrumentis cibariis innixum, ſecutus ſum. Multi, vel eorum omnes qui genera potius inconſulte adoptent, quam operam in illis definiendis collocare ſtudeant, methodum, quam naturæ convenientiſſimam eſſe convictus ſum, procul dubio improbabunt. Palmariæ contra hocce Syſtema vertuntur objectiones, quod Generum diſtinctiones ex nimis minutis partibus deſumtæ ſint: porro, quod tirones eodem uti nequeant, denique quod magna pars ſpecierum analogis non inſtructa ſit inſtrumentis cibariis eique generi reſpondentibus, ſub quo a ſupra laudato Syſtema-

ſtematico ordinatæ ſunt. Ad quæ tria momenta reſpondere conabor.

Magna pars characterum Inſectorum perfacili omnino negotio eruuntur, nec eſt niſi nimis operoſi laboris ſupra modum indultus timor, qui huc usque tot Scientiæ Cultores a tentamine deterruerit. Requirunt tamen profecto quædam genera, eaque inter minutiora inſecta, plus laboris artisque peritiam; ſed ſemper riſum mihi movit quod in minimis animalibus magni palpabilesque illico requirantur characteres; potius naturæ vim inferre hoc poſtulatum exiſtimavero. Nemo præterea dubitaverit in Regno Vegetabili, plantarum magnitudinis reſpectu habito, esſe indicia characteriſtica multo tenuiora iis, quæ ab inſtrumentis Inſectorum cibariis petuntur. Quis nihilo tamen minus hanc ob cauſſam Syſtema Sexuale reprobavit? unde fas eſt ut Syſtema Fabricianum idem jus ſibi vindicet & opinionum æquitatem.

Contra autem ſi tirones proprio marte omnes characteres, cuilibet inſecto proprios, confeſtim evolvere nequeunt, ea ſors eos hac in Scientia manet, ac in quacunque alia: fidem ſcilicet adſtipulari verbis Magiſtri, donec ſufficientem objecta axaminendi habilitatem comparaverint. Et quæ quæſo eſt Scientia, ubi propriæ ſolertiæ relictus diſcipulus omnes veritates extemplo determinare, acuque rem tangere noverit? Reſpondeant Spallanzani, Werner & Hedwig. Eſt itaque ſola Entomologia, in qua ſemidoctus & ipſe tiro, ubi induſtria opus eſt & perſpicacia prærogativas veri Syſtematis diſcernendi, propria, vel pari cognitione præditorum ſonora auc-

ctoritate adjutus, ſæpenumero ex præconceptis analogiis, ſæpe itidem ex plane fallaci intuitione, ea creandi nova genera, quæ præſcribit imaginatio, ſed quæ, genuinis deſtituta characteribus, luce oborta evaneſcunt, libertatem ſibi arrogat.

Quod heic præfatus ſum de quibusdam novatoribus, ſub titulo Sectatorum Syſtematis Linnæani notis, ne cenſeatur velim Viri vere magni meritorum derogatio. Sinceriori venerationis cultu Virum proſequi me nemo poteſt, & exſultans piis ejus manibus grates perſolvo quod primus adhuc mihi tenero ad rerum Naturæ contemplationem oculos aſsveſecerit. Verum ultimam Syſtematis editionem publici juris faciens, etiamnum inſecta perparum noverat, vixque decima pars eorum definita, quæ jam deſcripta ſunt. Quo pacto tum certus præfiniri potuit ordo? Interea Linnæus inſectis ſyſtematice tradendis eandem ingenii notam impresſit, quæ in ceteris ejus operibus dominatur, defectusque, inſecta in paucisſima tantum genera dividendo, extenuabat, cautelæ addictus qua ejus ſic dicti Sectatores non uſu ſunt.

Sed ad tertiam, eamque gravisſimam contra Syſtema Fabricii, objectionem jam progredior. Non diffitendum eſt quin multæ, quas deſcripſit, ſpecies, ſingulis iis careant notis, quas ſervare deberent omnes ſub eodem genere citatæ: ſed vero jam quædam partes inſtrumentorum cibariorum variationibus obnoxiæ ſunt, & reliquæ earum conſtantes permanent generi deſignando ſufficientes, jam veritas eſt in propatulo adhuc multis novis generibus discriminandis opus eſſe, ad ea inſecta determinanda, quorum notæ ſub vetuſtis non bene comprehenduntur.

Digitized by Google

tur. Non ſolum hoc ipſe conceſsit Entomologiæ reformatæ Auctor, ſed etiam, ubi opportunitas accuratius examinandi ei defuerit, alios veros Entomologos, ut huic defectui mederentur, excitavit. Jam dudum oculatisſimi Olivier, Helvig, Rosſi, & Panzer certiores characteres pro non nullis generibus ſtabiliendo, adeoque ſyſtema emendando, de poſteritate optime promeruerunt. Plura procul dubio reſtant obſervanda, & optimam concipimus ſpem ſucceſſus, ſi multi æque gnari & veritatis ſtudioſi cultores ad animadverſiones exſtimulentur: non magnopere enim metuendum eſt ne pari incertitudine & perverſitate, ac incomparabili facilitate inſignis methodus, Characteres inſectornm ex qualibet corporis parte, quæ prima in oculos inciderit, temere conquirendi, diu in poſterum genuinorum Naturæ indagatorum inveſtigationes ab hoc Syſtemate deflexura ſit.

In hacce Fauna pertexenda interdum non nulla nova genera, quæ mihi viſa ſunt neceſſaria, & de quibus certitudinis notam comparavi, proferre auſus ſum. Sub aciem quoque ceciderunt quædam inſecta, quæ a generibus, quibus ſunt olim aſſociata, extricanda eſſe, & in nova conjungenda, videre mihi viſus ſum: ſed cum etiamnum characteres eorum ſtabiliendi occaſione caruerim, hæc, auctoritate Fabricii confidens, ſervatis locis, intacta, in medium relinquere malui, quam nova diſpoſitione errores adaugere, quippe cum nil ſtabilitatis exinde conſequerentur.

Qua de re igitur neque hæc determinavi? quæret aliquis. Valet reſponſio: quod Faunam ſcribe-

re conſtitui, non Genera Inſectorum, quodque, dum utraque perficere non dum ſimul potui, hanc elegi. Interea defectus generum non adhuc rite deſignatorum, qualia ſunt forſan Sphæridia atque Dermeſtides, per eorum ſubdiviſiones, qua partem tollitur; quas ſpero fore ut olim in genera diſtincta, non incerto habitui, ſed regulis Syſtematis congruentia, deſcriptionum mearum fidelitate nihilo minus inconcuſſa manente, tranſire queant. Donec vero hæc ſtabilita fuerint, melius omnino Scientiæ conſulitur, ſi a ſtatione occupata intempeſtive non turbantur.

Quod ad deſcriptiones attinet, eas, quoad fieri licuerit, exactas reddere ſtudioſe curavi. Forſitan frequentes, quas habui, occaſiones, de nimia Linnæi & Fabricii in deſcribendo brevitate, querendi, in extremum oppoſitum me abduxerunt: ſed vero unamquamque ſpeciem ita terminis illuſtrare ſum conatus, ut ſufficientia eas inter exſtent diſcrimina, ſine ope iconum pictarum, quibus ævum noſtrum adeo abundat, ut centies repetitæ proſtent, ſumtusque cultoribus Scientiæ non mediocriter augeant, haud proinde tanto emolumento redundantes, quantum ex adcuratis deſcriptionibus exſpectare liceat.

Si itaque deſcriptionum brevitati haud litaverim, prolixa ſynonyma, hanc Faunam mole graviorem redditura, ſedulo vitavi, & more, in Monographiis meis ſervato, fere unice Linnæi, Fabricii & De Geerii opera citavi, præterquam quum rationes peculiares, propter materiem illuſtrandam, vel errores excludendos, me perduxerunt ad aliorum Auctorum fidem mutuandam, eorum præ ceteris, qui figuras exhibuerunt coloratas.

Haud

Digitized by Google

Haud exiguam ſane cohortem Inſectorum Sveciæ his pagellis diſpoſitam intuebuntur Entomologiæ amatores; pars intra patriæ fines non antea obſervata fuerunt, aut deſcriptores penitus latuerunt. Eſt horum animalium collectio fructus plus quam viginti annorum laboris, & per plurimas Sveciæ provincias ſæpe repetitorum itinerum, a Scaniæ campis ad Lapponiæ uſque alpes, partim a me ipſo, partim ab aliis, meis expenſis ſusceptorum. Hisce nihilo minus ſuffulta licet præſidiis mea Fauna multum ſuæ perfectionis deſideraſſet, niſi liber acceſſus ad Reg. Acad. Upſalienſis divites collectiones patuiſſet, quare debitæ grates veteris amicitiæ laboriſque vinculo mihi juncto Profeſſori Cel. Thunberg ſunt perſolvendæ, auxiliumque mihi exoptatiſſimum reliqui peritiſſimi Sveciæ Entomologi præſtitiſſent, multa rara novaque inſecta, quæ variis locis detexerunt, benigne mihi largiendo:

Gyllenhal *e Weſtrogotia,*
Quensel *e Scania, Haliandia Lapponiaque,*
Hast *ex Oſtrobotnia,*
Pfeiff *e Finlandia & Nylandia,*
Torner *e Savolaxia,*
Næzén *e Weſtrobotnia,*
Bogeman *e Smolandia.*

Inſecta nonnulla in Linnæi Fauna memorata, in opere noſtro deſiderabuntur: hæc aut certo non ſunt determinata, aut a me nunquam viſa. Apud me enim propoſitum valet ex aliorum unice auctoritate numquam ſpeciem introducere, quam ipſe deſcribendi anſa privatus fui.

Nul-

Digitized by Google

Proëmium.

Nulli dubitamus quin ſenſim multæ Species, huic noſtræ Faunæ deficientes, in poſterum detegantur, quas me fatebor Entomologis ſingulariter obligatum, ſi mecum communicare ipſis placuerit, vel etiam ſuas animadverſiones, deſcriptionibus emendandis inſervientes. Hasce ad finem operis appendici, gratus erga officia mutua, paratisſimus adjungam.

Dab. in Prædio Walloxſäby prope Upſaliam die 29 Jan. 1798.

Digitized by Google

CLASSIS I.

ELEUTERATA.

Maxilla nuda, libera.

SCARABAEUS.

Palpi quatuor filiformes.
Labium emarginatum, apicibus elongatis, palpiferis.
Antennæ clavato-lamellatæ.

FAMILIA PRIMA.

SCUTELLATI.

1. SCAR. Typhoeus *niger, thorace tricorni intermedio minori, lateralibus porrectis, longitudine capitis mutici.*

FABRIC. *Ent. ſyſt. t. 1. p. 12 N:o 34. Scar. typhœus.*

LINN *ſyſt. Nat. II. p. 543 N:o 9. Scar. typhœus.*

JABLONSK. *Coleopt. t. I. p. 278. t. 6. f. 11. Scar. typhæus*

Habitat in ſtercore bovino, Sveciæ auſtrali rarius.

CAPUT muticum, nigrum, pilis longioribus nigro-rufescentibus: oculi laterales, brunnæi,

 mi-

Digitized by Google

minuti: clypeus rhombeus, marginatus, ſubrugoſus: antennæ capitis longitudine, articulis apice obſcure rufis, clava trilamellata. *Thorax* niger, nitidus, longitudine duplo latior, ſubtus pilis ferrugineo nitentibus; ſupra parum convexus, dorſo lævi, lateribus, præſertim in femina, e punctis confluentibus ſubrugoſis; antice in mare cornibus tribus porrectis acutis, intermedii breviore, lateralibus capitis longitudine, in medio unituberculatis; in fœmina vix niſi rudimenta cornua lateralia, & loco cornu intermedio carinula transverſa elevata obſervatur. SCUTELLUM læve, nigrum, nitidum, triangulare. *Elytra*, thoracis vix latitudine, ſed cornibus exceptis duplo longiora, nigra, nitida, convexa, ſtriata. *Pectus*, *abdomen* & *pedes* nigri, pilis ferrugineo-nitentibus. *Magnitudine* Sc. ſtercorarii.

II. SC. Naſicornis *caſtaneus, thorace prominentia triplici, capitis cornu recurvo, elytris lævibus.*

FABR. *Ent. Syſt. t. 1. p. 14 N:o 38. Sc. Naſicornis.*

LINN. *Syſt. Nat. 11. p. 544. N:o 15. Fn. Sv. N:o378 Sc. Naſicornis.*

JABL. *Col. t. 1. p. 285. t. 6. f. 4. 5. Sc. Naſicornis.*

DE GEER *Inſ. t. 4. p. 255. N:o 1. Sc. Naſicornis.*

Habitat in fimetis & vaporariis hortulanorum Sveciæ auſtrali ſat frequens; in hor-

horto regio Holmenſi ſemel etiam magnam hujus copiam inveni.

Caput minutum, obſcure caſtaneum, ſubtus pilis denſis longioribus ferrugineo-micantibus, ſupra crebro punctulatum; in mare cornu valido, recurvo, dimidio thorace longiore; in fœmina rudimento modo cornu. *Thorax* obſcure caſtaneus, longitudine paulo latior, pro receptione capitis emarginatus, pilis ferrugineis ciliatus; dorſo in mare, antice valde retuſo, lateribus rugoſis, prominentia in medio triplici; in femina parum retuſo, mutico: ſubtus denſe ferrugineo villoſus. *Scutellum* caſtaneum, triangulare, ſubtilisſime rugoſum. *Elytra* caſtanea, nitida, latitudine thoracis, duploque fere longiora, margine ſuturali ſubrugoſo, undique ſubtilisſime vix ullo ordine punctulata. *Pectus*, *abdomen*, & *pedes* caſtanei, ferrugineo-piloſi. *Magnitudine* maximus eſt noſtratium, ſeu Sc. Stercorario ſæpius triplo major.

III. Sc. Mobilicornis *ſupra niger*, *ſubtus ferrugineus, thorace quadridentato*, *capitis cornu recurvo*, *mobili.*

Fabr. *Ent. Syſt. t. 1. p. 15. N:o 43. Scar. mobilicornis.*

Jabl. *Col. t. 1. p. 298 t. 6. f. 6. 7. Sc. mobilicornis. Habitat Smolandiæ in paræſia Södra Vi.* D. Liljeblad.

Caput ſupra nigrum, ſubtus ferrugineum, piloſum, clypeo rotundato; frons profunde punctata, cornu in mare unico, tenui, mobili, poſtice parum incumbente, longitudine fere thora-

racis; in fœmina loco cornu lunula parva elevata; antennæ ferrugineæ. *Thorax* longitudine haud duplo latior, ſubtus ferrugineus pilis dilutioribus, ſupra niger, convexus, profunde punctatus, ſulculo longitudinali; antice in mare dentibus quatuor validis, intermediis minoribus; in femina vix niſi rudimentis dentium, intermediis coëuntibus. *Scutellum* nigrum, ſubtriangulare. *Elytra* thoracis latitudine, at duplo fere longiora, nigra, valde convexa, profunde punctato-ſtriata. *Pectus, abdomen* & *pedes* ferruginei, pilis dilutioribus. Latitudine Scar. foſſori æqualis, ſed demidio fere brevior.

IV. SC. Stercorarius *ſupra niger, opacus, clypeo rhombeo, unituberculato, elytris ſulcatis, thoracis diſco lævisſimo.*

Fabr. *Ent. Syſt. t. 1. p. 30 N:o 97. Sc. ſtercorarius.*

Linn. *Syſt. Nat. 11. p. 541. N:o 32. Fn. Sv. N:o 388. Sc. ſtercorarius.*

Jabl. *Col. t. 2. p. 252. N:o 157. Sc. ſtercorarius.*

De Geer. *Ins. 4. p. 259 N:o 4. Sc. ſtercorarius.*

Habitat in ſtercore frequentisſimus.

Caput ſupra nigrum, opacum, ſubtus violaceum, nitidum, tuberculo in medio parvo prominulo; antennarum clava rufeſcente. *Thorax* ſubtus violaceus, nitidus, ſupra niger, opacus, longitudine duplo latior, convexus, lineola media longitudinali antice abbreviata, impreſſa; lateribus punctulatis, disco lævisſimo. *Scutellum* magnum, triangulare, nigrum, opa-

Digitized by Google

opacum. *Elytra* thorace paulo anguſtiora, at plus duplo longiora, convexa, ſulcis latis obſolete punctatis. *Pectus abdomen* & *pedes* violacei, nitidi, macula in femoribus anticis villoſa ferruginea; tibiæ anticæ extrorſum octodentatæ, introrſum bidentatæ. *Magnitudine* variat, ſæpius vero Sc. typhœum æquiparat.

Obs. Variat rarius colore æneo vel ſupra fergineis.

V. SC. Sylvaticus *ſupra nigro-violaceus, nitidus, thoracis disco punctulato, elytris leviter ſtriatis, rugis transverſis.*

Panz. *Ent. Germ. 8. 31.*

Scriba *Ephem. Ent. 3. 250. Sc. Stercoroſus.*

Habitat in boletis, & ligno putrido ſat frequens.

Caput antice ſupra nigrum, opacum; poſtice ſubtusque nigro-violaceum, nitidum: clypeus rhombeus, tuberculo in medio parvo prominulo; antennarum clava rufescente. *Thorax* ſubtus violaceus, ſupra nigro-violaceus, nitidus, longitudine duplo latior, convexus, lineola in medio obſoleta, antice abbreviata, impreſſa; undique, haud vero crebro, punctulatus. *Scutellum* triangulare, nigro-violaceum. *Elytra* thorace paulo anguſtiora, & haud duplo longiora, nigro-violacea, nitida, leviter punctato-ſtriata, rugis numeroſis transverſis. *Pectus, abdomen* & *pedes* violacei, nitidi, macula in femoribus anticis villoſa, ferruginea; tibiæ anticæ extrorſum ſeptemdentatæ, introrſum bidentatæ. *Magnitudine* ſœpius demidio

eſt minor præcedenti, inter quem & ſequentem quaſi medium tenet, ſed ab utroque ſatis diſtinctus, ut ex deſcriptione videndum eſt.

VI. SC. Vernalis *violaceus, nitidus, antennis nigris, thorace ſubtilisſime confertisſime punctato, elytris lævibus.*

FABR. *Ent. Syſt. t. 1. p. 31 N:o 98 Sc. Vernalis.*

LINN. *Syſt. Nat. 11. p. 551 N:o 43. Fn. Sc. Vernalis.*

JABL. *Col. t. 11. p. 258. t. 17 f. 1. Sc. Vernalis.*

DE GEER *Ins. 4. p. 262 N:o 5. Sc. Vernalis.*

Habitat in ſtercore, præſertim tempore vernali frequens.

Caput violaceum, nitidum; antennæ nigræ: clypeus rhombeus, tuberculo in medio parvo prominulo. *Thorax* violaceus, nitidisſimus, longitudine vix duplo latior, valde convexus, oculo armato undique ſubtilisſime confertisſime punctatus. *Scutellum* triangulare, violaceum, nitidisſimum. *Elytra* violacea, nitidisſima, thorace paulo anguſtiora & haud duplo longiora, convexa, glaberrima, lævia, oculo tamen acute armato obſolete punctato-ſtriata. *Pectus, abdomen & pedes* violacei, nitidi; femora antica macula villoſa ferruginea; tibiæ anticæ extrorſum novem - introrſum octodentatæ. *Magnitudine* præcedentem æquiparat.

VII. SC. Foſſor *niger, thorace inermi, punctis rarioribus, capite trituberculato, elytris leviter punctato-ſtriatis.*

FABR.

Fabr. *Ent. Syſt. t. 1. p. 23 N:o 72. Sc. Foſſor.*
Linn. *Syſt. Nat. 11. p. 548 N:o 31. Fn. Sv. N:o 384. Sc. Foſſor.*
Jabl. *Col. t. 2. p. 128. t. 12. f. 1. Sc. Foſſor.*
De Geer *Ins. 4 p. 264. N:o 8. Sc. Foſſor.*

Habitat in ſtercore frequens.

Totus niger, nitidus. *Clypeus* rotundatus, emarginatus, tuberculis tribus, intermedio majore, in femina obſoletioribus. *Thorax* longitudine dimidio latior, inermis, antice in mare foveola impreſſa, punctisque rarioribus præſertim ad latera; in femina foveola nulla, punctis vero paulo profundioribus. *Scutellum* acutum, elongato-triangulare. *Elytra* thoracis latitudine ſed vix duplo longiora, convexa, leviter punctato-ſtriata. *Magnitudine* Sc. ſteriorarii triplo minor.

VIII. SC. Subterraneus *thorace inermi, capite trituberculato, ſcutello impreſſo, elytris ſubdepreſſis, ſtriis profundis crenatis.*

Fabr. *Ent. ſyſt. f. 1. p. 23. N:o 70 Sc. ſubterraneus. N:o 74 Sc. ſulcatus?*
Linn. *Syſt. Nat. 11. p. 548 N:o 28. Fn. Sv. N:o 382. Sc. ſubterraneus.*
Jabl. *Col. t. 11. p. 123. t. XI. f. 6. Sc. ſubterraneus.*
De Geer *Ins. 4. p. 267 N:o 12. Sc. ſubterraneus.*

Habitat in ſtercore minus frequens.

Totus niger, nitidus, immaculatus: *clypeus* emarginatus, tuberculis tribus, in mare majoribus. *Thorax* inermis, longitudine haud di-

Digitized by Google

dimidio latior, ſupra convexus, punctulatus, foſſula in margine antico maris impreſſa; ſubtus pilis rarioribus, ferrugineis. Scutellum elongato-triangulare, acutum, valde depreſſum. *Elytra* thorace paulo anguſtiora, & dimidio longiora, ſubdepreſſa, profunde crenato-ſtriata. *Pectus*, *abdomen* & *pedes* pilis rarioribus ferrugineis. Sc. foſſori triplo minor.

IX. SC. Ater *niger, thorace inermi, punctatiſſimo, capite trituberculato, elytris leviter punctato-ſtriatis, convexis.*

Fabr. *Ent. Syſt. t. 1. p. 26. N:o 80 Sc. ater.*
Jabl. *t. 11. p. 169 N:o 106 Sc. ater.*
De Geer *Ins 4. p. 270 N:o 16 Sc. ater.*

Habitat in ſtercore.

Totus niger immaculatus. *Clypeus* ſubemarginatus, punctulatus, tuberculis tribus, in mare majoribus. *Thorax* longitudine dimidio latior, convexus, punctis confertiſſimis, foſſula vero antica, ut in præcedente, nulla. *Scutellum* breve, triangulare. *Elytra* thoracis nitidiori latitudine, & duplo fere longiora, convexa, ſubtiliſſime punctato-ſtriata. *Pectus*, *abdomen*, & *pedes* glabri. Sc. Subterraneo convexior at dimidio fere minor.

X. SC. Hæmorrhoidalis *niger, thorace mutico, capite trituberculato, ſcutello oblongo, acuminato, elytris apice determinate rufis.*

Fabr. *Ent. Syſt. t. 1. p. 29 N:o 93 Sc. hæmorrhoidalis.*
Linn. *Syſt. Nat. 11. p. 548 N:o 23. Fn. Sv. N:o 386. Sc. hæmorrhoidalis.*

Jabl.

Jabl. *t. II. p. 152. t. XII. f. II. Sc. hæmorrhoidalis.*

Habitat in ſimetis frequens.

Caput nigrum, ſubtilisſime punctatum, in mare tuberculis tribus brevibus, in fœmina vix rudimentis tuberculorum; clypeus rotundatus, in utroque latere unidentatus. *Thorax* longitudine vix dimidio latior, inermis, niger, nitidus, confertisſime ſubtilisſime punctatus, convexus. *Scutellum* nigrum, elongato-triangulare, acutum. *Elytra* thorace fere anguſtiora, & dimidio longiora, parum convexa, profunde crenato-ſtriata, apice late rufo, punctoque ſæpius humerali concolore. *Sternum*, *abdomen* & *pedes* nigri, tarſis piceis. Sc. ſubterraneo, cujus ad ſtaturam appropinquat, dimidio minor.

Obs. Differt a ſequentibus præſertim clypeo margine dentato, & ſcutello oblongo acuto.

XI. SC. Granarius *niger, thorace mutico, clypeo linea media elevata, tuberculata, ſcutello brevi, elytris apice ſubferrugineis.*

Fabr. *Ent. Syſt. t. 1. p. 29 N:o 92. Sc. granarius.*

Linn. *Syſt. Nat. II. p. 547 N:o 23. Sc. granarius.*

Jabl. *Col. t. 2. p. 150 t. 12. f. 10 Sc. granarius.*

De Geer *Ins 4. p. 271. N:o 17. Sc. hæmorrhoidalis.*

Habitat in ſtercore & quisquiliis.

Caput nigrum; clypeus punctulatus, integer, in fœmina omnino muticus, in mare lineola transverſa elevata, in cujus medio tuber-

culum obſoletum. *Thorax* longitudine dimidio latior, niger, immaculatus, convexus, ſubtilisſime confertisſime punctatus. *Scutellum* nigrum, breve, obtuſum. *Elytra* thoracis latitudine, at duplo fere longiora, convexa, leviter punctato-ſtriata, nigra, apice maris, vix vero feminæ, obſolete ferrugineopiceo. *Pectus* & *abdomen* nigra. *Pedes* nigro-picei. Præcedente paulo minor, anguſtior, & magis convexus. A ſequente, cui valde affinis, differt præſertim magnitudine ſæpius duplo majori, thorace immaculato, elytrisque nigrioribus. An ſatis diſtinctus?

XII. SC. Puſillus *muticus, niger, thoracis angulo antico, elytris pedibusque rufo-piceis: Scutello brevi.*

Jabl. *Col. t. II. p. 156. t. 12. f. 12. t. 18. f. 6. Sc. Puſillus.*

Habitat in ſtercore frequens.

Caput nigrum, ſubtilisſime punctatum, clypeo ſæpius mutico, rarisſime vero tuberculis tribus minutisſimis. *Thorax* longitudine dimidio latior, convexus, ſubtilisſime confertisſime punctatus, niger, margine ſummo laterali & angulo antico rufo-piceis. *Scutellum* rufo-piceum, breve. *Elytra* thoracis latitudine at vix duplo longiora, convexa, punctato-ſtriata, rufo-picea, antice obſcuriora. *Pectus* & *abdomen* nigra. *Pedes* rufo-picei.

XIII. SC. Fimetarius *niger, clypeo trituberculato carinula transverſali, angulis thoracis mutici anticis, elytrisque rubris.*

Fabr.

Digitized by Google

Fabr. *Ent. Syſt. t. I. p. 27 N:o 84. Scar. ſimetarius.*

Linn. *Syſt. Nat. II. p. 548 N:032 var. α Faun. Sv. N:o 385 α. Sc. ſimetarius.*

Jabl. *t. 2. p. 136 t. 12. f. 4. Sc. ſimetarius.*

De Geer *Jns 4. p. 266 N:o 10 Scar. pedellus.*

Habitat in ſtercore frequentisſime.

Caput nigrum, clypeo tuberculis tribus, in fœmina brevioribus, carinulaque antica transverſali reflexa, abbreviata: antennæ rufæ. *Thorax* muticus, longitudine dimidio latior, niger, nitidus, angulo antico rubro, ſupra convexus punctulatus, maris in medio antice impresſus. *Scutellum* minutum, triangulare, nigrum. *Elytra* rubra, convexiora, thoracis latitudine, duploque fere longiora, punctato-ſtriata. *Pectus* & *abdomen* nigra. *Pedes* nigri, tarſis rufescentibus. Statura Sc. foſſoris, quo triplo minor.

Obs. Differt a ſequente carinula clypei, thorace maris antice impreſſo, elytris convexioribus abdomineque nigro. Sc. autumnalis in Act. Holm. 1792. 3. 167. t. 7. a Dom. Næzén deſcriptus, & ab illo ipſo mihi misſus, individuum nuper e nympha declaratum hujus Speciei fuit.

XIV. SC. Foetens *niger, capite trituberculato, thoracis mutici macula marginali, elytrorum limbo, abdomineque rubris.*

Fabr. *Ent. Syſt. t. I. p. 24 N:o 75 Sc. fœtens.*

Jabl. *Col. t. II. p. 173 N:o 109. Sc. fœtens. p. 138 t. 12 f. 5. Sc. vaccinarius.*

Ha-

Habitat in ſtercore frequens Veſtrogothiæ, menſe Julii & Auguſti. Dom. GYLLENHAL.

Caput nigrum, nitidum, ſubtilisſime rugoſum, tuberculis tribus, in femina minoribus: antennæ palpique rufi. *Thorax* longitudine haud dimidio latior, ſupra nitidus, convexus, punctis paucioribus, foveola vero antica in utroque ſexu nulla, niger, margine laterali antice rubro. *Scutellum* minutum, nigrum, triangulare. *Elytra* thoracis latitudine & dimidio longiora, parum convexa, punctato-ſtriata, nigra, nitida, limbo præſertim baſeos late ferrugineo. *Pectus* nigrum, nitidum. *Abdomen* rubrum. Femora nigra; tibiæ tarſique ferruginei. Longitudine Sc. fimetarii, at paulo latior.

Var. β Elytris rubris, immaculatis.

Var. γ Elytris piceis.

Habitant cum var. α, *cui magnitudine, habitu & ſtatura ſimillimæ.*

XV. SC. Sordidus *lividus, capite trituberculato, clypeo poſtice, thoracis mutici diſco, punctoque utrinque laterali fuſcis.*

FABR. *Ent. Syſt. t. I. p. 29. N:o 90. Sc. Sordidus.*

JABL. *Col. t. II. p. 146 t. 12. f. 9. Sc. Sordidus.*

Caput lividum, poſtice fuſcum tuberculis tribus, intermedio majore; clypeo integro. *Thorax* longitudine dimidio latior, lividus, diſco punctoque utrinque laterali fuſcis; oculo armato ſubtilisſime confertisſime punctatus.

tus. *Scutellum* minutum, triangulare, rufeſcens. *Elytra*, thoracis latitudine, at duplo longiora, convexa, ſubtilisſime punctato-ſtriata, livido-flavescentia, ſutura fuscescente. *Pectus* lividum, poſtice fuscum. *Abdomen* lividum. *Pedes* lividi. Magnitudine Sc. fimetarium fere æquiparat, ſed minus convexus.

Var. β Rufescens, capitis baſi, thoracis diſco, pectoreque fuscis.

Jabl. *Col. t. II. p. 149. Sc. Sordidus var γ.*
Von Moll *Natur Hiſt. Brieve 1. 160. 6. Sc. rufus.*

Habitat in ſtercore Uplandiæ frequens.

Var. γ Lividus, capite poſtice, thoracis diſco & puncto laterali, pectore poſtice, punctoque humerali elytrorum fuscis.

Jabl. *Col. t. II. p. 148 Sc. Sordidus var α.*

Habitat rarior cum varietate præcedente.

Var. δ Elytris lividis, puncto humerali & altero pone medium ſutura propiore fuscis; pectore abdomineque livido fuscoque variegatis.

Jabl. *Col. t. 2. p. 148 Sc. Sordidus var. β.*
De Geer *Ins. 4. p. 263 N:o 18 Sc. conſpurcatus.*

Occurrit rarius cum varietatibus præcedentibus quæ omnes ſtatura & habitu ſimillimæ, niſi var. β reliquis paulo convexior. An Specie diſtincta?

XVI. SC. Luridus *niger, muticus, clypeo rotundato, integerrimo, elytris griſeis, nigro lineatis maculatisque.*

Fabr.

FABR. *Ent. Syſt. II. p. 29. N:o 91. Sc. Luridus.*

JABL. *Col. t. II. p. 264 t. XVIII f. 4. Sc. Luridus p. 266 t. XVIII. f. 4. Sc. variegatus.*

Habitat in ſtercore, in Svecia auſtrali.

Caput nigrum, nitidum, oculo armato ſubtilisſime confertisſime punctatum, clypeo integerrimo, marginato, mutico, rarius protuberantia in medio valde obſoleta. *Thorax* niger, nitidus, longitudine fere duplo latior, parum convexus, oculo armato undique ſubtilisſime confertisſime punctatus. *Scutellum*, minutum, triangulare, nigrum. *Elytra* thoracis latitudine at haud duplo longiora, parum convexa, punctato-ſtriata, interſtitiis ſtriarum ſubtilisſime punctulatis; grisea, ſtriis omnibus maculisque plurimis ſubquadratis, oblique poſitis, jam minus jam magis confluentibus, nigris. *Pectus*, *abdomen* & *pedes* nigri, villis brevisſimis fuſcesſcentibus. *Pedes* poſtici elongati: tarſi rufescentes. Sc. fimetario paulo longior & dimidio fere latior eſt.

Var. β. Niger, immaculatus.

FABR. *Ent. Syſt. t. II. p. 35. N:o III. Sc. nigripes.*

LINN. *Syſt. Nat. II. p. 559. N:o 86. Fn. Sv. N:o 403 Sc. rufipes.*

JABL. *Col. t. II. p. 282. t. XIX. f. 3.*

Habitat cum varietate praecedente, cui, colore elytrorum excepto, omnino ſimilis & mera varietas obſervante Domino HELVIGIO.

XVII.

XVII. SC. Depreſſus *muticus, niger, elytris rubris.*

Fabr. *Ent. Syſt. app. t. 4. p. 435. 125 — 126 Sc. depreſſus.*

Habitat in ſtercore bovino rarius, in Finlandia Dom. Pfeif, *in Kinnakulle Weſtrogothiæ Dom.* Gyllenhal.

Caput nigrum, nitidum, clypeo rotundato, mutico, ſubtilisſime punctato. *Thorax* niger, nitidus, longitudine fere duplo latior, parum convexus, undique ſubtilisſime confertisſime punctatus. *Scutellum* triangulare, minutum, nigrum. *Elytra* rubra immaculata, parum convexa, thoracis latitudine at duplo longiora, punctato-ſtriata, interſtitiis ſtriarum ſubtilisſime punctulatis. *Pectus, abdomen* & *pedes* nigri. Statura & magnitudine omnino præcedentis; an ab illo ſatis diſtinctus? Variat rarius elytris paulo obſcurioribus.

Obs. Differt. a Sc. fimetario capite mutico, thorace immaculato, corporeque latiore, minus convexo; a Sc. pecari, cujus ſtaturam æquat, corpore majore, pedibus nigris, thorace elytrisque immaculatis, interſtitiisque ſtriarum elytrorum punctulatis.

XVIII. SC. Rufipes *muticus, oblongus, ſupra piceus, ſubtus rufus, capite magno, thoracisque disco lævibus.*

Fabr. *Ent. Syſt. t. I. p. 34. N:o 110 Sc. Rufipes.*

Jabl. *Col. t. II. p. 261 t. XVIII f. 2.*

De Geer *Jns. IV p. 263 N:o 7. Sc. oblongus.*

Habitat in ſtercore frequens.

Ca-

Caput magnum, ſupra piceum, læve; ſubtus rufum, clypeo rotundato. *Thorax* longitudine dimidio latior, ſubtus rufus, ſupra piceus, nitidus, convexus, disco lævi, lateribus punctulatis. *Scutellum* piceum, ſubtriangulare. *Elytra* thoracis latitudine, at triplo fere longiora, convexa, picea, nitida, punctato-ſtriata, interſtitiis ſtriarum lævibus. *Pectus, abdomen & pedes*, rufi. Magnitudine Sc. foſſoris, paulo minor.

XIX. SC. Erraticus *niger, clypeo unituberculato, elytris glabris, griſeo-lividis, ſubdepreſſis.*

FABR. *Ent. Syſt. t. I. p. 27 N:o 86. Sc. erraticus.*

LINN. *Syſt.Nat. II. p. 548 N:o 29. Fn. Sv. N:o 383. Sc. erraticus.*

JABL. *Col. t. II. p. 139. t. 12. f. 6. Sc. erraticus.*

DE GEER. *Ins. 4. p. 270 N:o 15 Sc. erraticus.*

Habitat in ſtercore frequens.

Caput nigrum, tuberculo parvo, in altero ſexu omnino obſoleto, clypeo rotundato, integro, oculo armato ſubtiliſſime punctulato. *Thorax* niger, ſummo margine antico flaveſcente, parum nitidus, ſubconvexus, glaber, muticus, longitudine duplo fere latior, oculo armato ſubtiliſſime punctulatus. *Scutellum* magnum, triangulare, nigrum. *Elytra* thoracis latitudine, at vix dimidio longiora, griſeo-livida, ſutura obſcuriore, ſubdepreſſa, glabra, punctato-ſtriata, interſtitiis ſtriarum ſubtiliſſime punctulatis. *Pectus, abdomen & pedes*

Digitized by Google

des nigri, pube flaveſcente. Longitudine eſt Sc. fimetarii, ſed latior minusque convexus.

Obs. Color elytrorum jam magis in fuſcum jam magis in teſtaceum vergit.'

XX. SC. Lutarius *muticus, niger, pubeſcens, elytris pedibusque piceis.*

Fabr. *Ent. Syſt. t. 1. p. 35 N:o 112 Sc. lutarius.*

Muller *Prodr. Zool. Dan. p. 55 N:o 477. Sc. tomentoſus.*

Habitat in ſtercore rarius; in Veſtrogothia Dom. Gyllenhal, *in Finlandia Dom.* Pfeiff.

Caput nigrum, clypeo mutico, ſubtruncato, oculo armato punctatisſimo. *Thorax* longitudine duplo latior, niger, margine antico tenuisſime flaveſcente, ſupra convexus, pube brevisſima griſeſcente, oculo armato ſubtilisſime punctatus. *Scutellum* nigrum, triangulare. *Elytra* thoracis latitudine, at duplo longiora, picea, baſi margineque exteriore rufeſcentia, parum convexa, punctato-ſtriata, pube brevisſima grisſeſcente. *Pectus* & *abdomen* nigra, ano rufeſcente. *Pedes* rufo-picei. Statura Sc. luridi at dimidio fere minor. Pubeſcentia thoracis elytrorumque facile avellitur.

XXI. SC. Ictericus *clypeo trituberculato, antice ferrugineo, corpore elongato cylindrico, elytris lividis, ſutura fuſceſcente.*

Von Moll *Nat. Hiſt. brieve 1. 168. 13.*

Habitat in ſtercore Veſtrogothiæ. Dom. Gyllenhal.

B Ca-

Caput obſcure ferrugineum, poſtice fuſceſcente, clypeo rotundato, ſubemarginato, tuberculis tribus in altero ſexu minoribus. *Thorax* longitudine vix duplo latior, ſubtus flaveſcens, ſupra niger, margine laterali late, ſummoque antico, flaveſcentibus; parum convexus, oculo armato ſubtiliſſime confertiſſime punctatus. *Scutellum* minutum, triangulare, fuſceſcens. *Elytra* thoracis latitudine, duploque longiora, valde convexa, punctato-ſtriata, livida, ſutura obſcuriore. *Pectus* & *abdomen* rufo-picea. *Pedes* lividi. Magnitudine ſequentis, a quo differt elytris immaculatis, magisque convexis.

Obs. Differt a Sc ſordido magnitudine quadruplo fere minore, elytrisque magis convexis; a Sc. merdario clypeo tuberculato, & magnitudine duplo fere majore.

XXII SC. Conſpurcatus *niger, clypeo integro trituberculato, thoracis mutici margine pallido, elytris griſeis fuſco-maculatis.*

Fabr. *Ent. Syſt. t. 1. p. 28 N:o 87. Sc. Conſpurcatus.*

Linn. *Syſt. Nat. 11 p. 549 N:o 34. Fn. Sv. N:o 337. Sc. Conſpurcatus.*

De Geer *Ins 4. p. 267 N:o 11 t. 10. f. 11. Sc. ſimetarius griſeus var.*

Jabl. *Col. t. II. p. 140. f. XII. Sc. Conſpurcatus.*

Habitat in ſtercore ſat frequens.

Caput nigrum, clypeo integro, rotundato, macula utrinque obſoleta, pallida, tuberculis tribus, in fœmina minoribus; oculo armato undi-

dique ſubtiliſſime punctatum. *Thorax* longitudine plus quam dimidio latior, parum convexus, niger, nitidus, margine laterali late, anticoque tenuiſſime, pallidis; oculo armato undique ſubtiliſſime conſertiſſime punctatus. *Scutellum* triangulare, minutum, nigrum. *Elytra* thoracis latitudine, at duplo longiora, parum convexa, glabra, nitida, ſubtiliſſime punctato-ſtriata, griſea, maculis ſæpius ſeptem ſubquadratis diſcoidalibus, rarius plus minusve confluentibus, fuſcis. *Pectus* & *abdomen* jam livida, jam fuſca, ano ſæpius flaveſcente. *Pedes* brunnei. Sc. fimetario quadruplo fere minor.

Obs. Difficilius diſtinguitur; at differt a ſequente, præſertim corpore minus convexo, clypeo rotundato, integro, lateribus thoracis pallidis, maculisque elytrorum magis determinatis, minus confluentibus; a Sc. contaminato capite tuberculato, elytrisque glabris; a Sc. ſordido corpore quadruplo minore, clypeo antice nigro, elytrisque magis nigro-maculatis.

XXIII. SC. Inquinatus *niger, clypeo rugoſo, emarginato, trituberculato, elytris griſeis, maculis fuſcis confluentibus.*

Fabr. *Ent. Syſt. t. 1. p. 28 N:o 88 Sc. inquinatus.*

Jabl. *Col. t. 11. p. 156 t. XII. f. 13 Sc. inquinatus.*

Habitat in ſtercore frequens.

Caput nigrum immaculatum, clypeo ſubtiliſſime rugoſo, tuberculis tribus, in altero ſexu obſoletioribus, antice truncato, emarginato. *Thorax* longitudine dimidio latior, con-

Digitized by Google

vexus, ſubtilisſime punctatus, niger, puncto ſæpius in angulo anteriore rufescente, margineque ſummo antico livido. *Scutellum* minutum, triangulare, nigrum. *Elytra* thoraracis latitudine, at duplo longiora, glabra, convexa, ſubtilisſime punctato-ſtriata, griſea, maculis plurimis oblongis nigris, hinc inde confluentibus. *Pectus & abdomen* nigra. *Pedes* jam brunnei, jam rufescentes. Præcedentem magnitudine ſæpius æquiparat.

Var. β. Niger, immaculatus.

Fabr. *Syſt. Ent. t. I. p. 28 N:o 88. Sc. inquinatus. var.* β.

Habitat rarisſime cum varietate præcedente, cui habitu & ſtatura omnino ſimilis.

Obs. Differt a var. β Sc. plagiati capite tuberculato, dorſo thoracis minus punctulato, corporeque majore; a Sc. terreſtri differt corpore latiore, breviore, minusque convexo.

XXIV. SC. Tesſulatus *niger, clypeo trituberculato, elytris ſubgibboſis, antice nigris, griſeo-maculatis; poſtice griſeis, faſcia dentaat nigra.*

Von Moll *Naturh. brieve I. 162. 9. Sc. tesſulatus.*

Jabl. *Col. t. II. p. 156. Sc. inquinatus var.*

Habitat in ſtercore pasſim.

Caput nigrum, immaculatum, clypeo tuberculis tribus, ſæpe valde obſoletis, ſubtilisſime rugoſo, antice truncato, vix emarginato. *Thorax* niger, immaculatus, longitudine fere duplo latior, convexus, confertisſime punctu-

dulatus. *Scutellum* minutum, triangulare, nigrum. *Elytra* punctato-ſtriata, thorace duplo latiora, antice ejusdem latitudinis, nigra, maculis duabus vel tribus griſeis; poſtice paulo dilatata, valde convexa, faſcia obliqua transverſa, undulato-dentata, nigra. *Pectus, abdomen* & *pedes* nigri: tarſi rufeſcentes. Præcedentibus brevior, convexior.

XXV. SC. Contaminatus *niger, muticus, clypeo thoracisque diſco antico lævisſimis, elytris pubescentibus griſeis, macula media fuſca.*

FABR. *Ent. Syſt. t. 1. p. 35 N:o 114 Sc. Contaminatus.*

LINN. *Syſt. Nat. 11. p. 548 N:o 32 Fn. Sv. N:o 385. Sc. fimetarius β.*

JABL. *Col. t. 11. p. 273 N:o 167 Sc. contaminatus?*

DE GEER. *Ins 4. p. 267 N:o 11. t. 10 f. 10. Scar. fimetarius griſeus var.*

Habitat in ſtercore, ubique frequentisſimus.

Caput nigrum, nitidum, clypeo integro, rotundato, mutico, ad oculos angulato; oculo etiam armato lævisſimo. *Thorax* longitudine duplo fere latior, parum convexus, niger, nitidus, margine ciliato laterali, & ſtriga tenuisſima marginis antici pallidis; oculo etiam armato in diſco antico lævisſimus, poſtice vero & ad latera ſubtilisſime punctatus. *Scutellum* nigrum, minutum, triangulare. *Elytra* thoracis latitudine, at haud duplo longiora, parum convexa, crenato-ſtriata, livida, pubescentia concolore, maculaque magna in-

 de-

Digitized by Google

determinata diſcojdali fusca. *Pectus* & *abdomen* nigra, ano ſæpius rufeſcente. *Pedes* griſei. Magnitudine valde variat; jam Sc. conſpurato vix major, jam Sc. Erraticum ſere æquiparat.

Obs. Latera etiam thoracis rarius nigra, macula modo antica pallida. Ciliae thoracis & pubeſcentia elytrorum facile avelluntur.

XXVI SC. Merdarius *muticus, niger, thoracis margine rufeſcente, elytris flavo-teſtaceis ſutura nigra.*

Fabr. *Ent. Syſt. t. IV. App. p. 435 N:o 123 — 124. Sc. merdarius.*

Jabl. *Col. t. 2. 267 t. 18. f. 5.*

Habitat in ſtercore ſat frequens.

Caput nigrum, nitidum, clypeo integro, rotundato, ſubtiliſſime punctato. *Thorax* longitudine dimidio latior, convexus, ſubtiliſſime confertiſſime punctatus, niger, margine laterali ſummoque antico flavo-rufeſcentibus. *Scutellum* minutum, triangulare, nigrum. *Elytra* thoracis latitudine, duploque longiora, convexa, punctato-ſtriata, glabra, teſtacea, ſutura nigra. *Pectus* & *abdomen* nigra. *Pedes* picei. Inter minores noſtratium eſt, ſeu Sc. fimetario 6 duplo minor.

XXVII SC. Terreſtris *niger, nitidus, cylindricus, thorace punctatiſſimo, ſcutello minutiſſimo.*

Fabr. *Ent. Syſt. p. 25 N:o 78 Sc. terreſtris.*
Jabl. *Col. t. II. p. 170. N:o 107. Sc. terreſtris.*

Ha-

Habitat in Weſtrogothia frequens, Dom. GYLLENHAL.

Caput nigrum, nitidum, ſubtilisſime punctatum, clypeo antice vix emarginato, interdum lineola obſoleta transverſa poſtica, rarius tuberculis tribus minutis obſoletis elevatis. *Thorax* longitudine dimidio latior, convexus, niger, nitidus, confertisſime punctulatus, margine antico tenuisſime pallescente. *Scutellum* minutisſimum, nigrum. *Elytra* thoracis latitudine, at duplo longiora, valde convexa, nigra, nitida, punctato-ſtriata. *Pectus*, *abdomen* & *pedes* nigri. Dimidio major eſt præcedente.

OBS. Variat, obſervante Dom. HELVIGIO, macula elytrorum baseos ruſa, & tunc ſub nomine Sc. bimaculati ab auctoribus deſcriptus, magnitudine vero habitu & ſtatura omnino noſtri ſimilis, licet hanc varietatem mihi in patria videre non licuit. Diu hæſi, an hic esſet Sc. terreſtris Fabricii, quia non modo triplo ſed ſæpius quintuplo minor eſt Sc. fosſore; ſed a cel. Dom. HELVIGIO mihi ut Sc. terreſtis misſus eſt, quod etiam ſumma affinitas ejus cum Sc. bimaculato Fabricii monſtrare videtur. Valde rarior tuberculatus quam muticus occurrit.

XXVIII. SC. Plagiatus *muticus*, *niger*, *thorace punctatisſimo*, *elytris leviter punctato-ſtriatis*, *plaga rufescente*.

FABR. *Ent. Syſt. t. II. p. 37. N:o 119. Sc. plagiatus.*

LINN. *Syſt. Nat. II. p. 559 N:o 85. Sc. plagiatus.*

JABL. *Col. 2. p. 293. N:o 188. Sc. plagiatus.*

Habitat in ſtercore equino Uplandiæ rarius: ad pagum Nontuna prope Upſaliam præſertim legi.

Caput nigrum, nitidum, muticum, ſubtilisſime punctatum. *Thorax* niger, convexus, ſubtilisſime confertisſime punctatus, longitudine dimidio latior. *Scutellum* minutum, ſubcordatum, nigrum. *Elytra* thoracis latitudine at duplo longiora, convexa, ſubtilisſime punctato-ſtriata, nigra, nitida, plaga discoidali læte rufescente. *Pectus*, *abdomen* & *pedes* nigri, tarſis piceis. Magnitudine Sc. merdarii.

Var. β. elytris nigris immaculatis.

Habitat rarius cum præcedente, cui magnitudine, habitu & ſtatura omnino ſimillimus.

Differentiam hujus varietatis a varietate β Sc. inquinati jam notavi; differt a Sc. terreſtri corpore dimidio minore, ſcutello ratione magnitudinis paulo majore, capiteque ſemper mutico.

XXIX. SC. 4. Puſtulatus *muticus, niger, thoracis margine laterali immaculato, elytris puncto humerali maculaque poſtica rubris.*

Fabr. *Ent. Syſt. 1. p. 36 N:o 116. Sc. 4 puſtulatus.*

Linn. *Syſt. Nat. 11. p. 558. N:o 84. Fn. Sv. N:o 398. Sc. 4. maculatus.*

Jabl. *Col. t. 11. p. 272. t. XVIII. f. 10. Sc. 4. maculatus.*

A Linné *rarius ad domos in Svecia habitare fertur; mihi vero nunquam in pa-*

in patria occurrit, ſed in Germania rarius lectus.

Caput muticum, nigrum, ſubtilisſime punctatum, clypeo emarginato. *Thorax* longitudine dimidio latior, niger, ſummo margine antico flavecente, convexus, ſubtilisſime conſertisſime punctatus. *Scutellum* nigrum, ſubtriangulare. *Elytra* thoracis latitudine, at haud duplo longiora, convexa, ſubtilisſime punctato-ſtriata, nigra, puncto humerali maculaque rotunda in disco poſtico, rubris. *Pectus, abdomen* & *pedes* nigri: tarſi rufescentes. Inter minutisſimos noſtratium, ſeu Sc. merdario minor.

Obs. Differt a ſequenti magnitudine minori, thoracis margine laterali immaculato, elytris aliter maculatis, pedibusque nigris.

XXX. SC. 4. Maculatus *muticus, niger, angulo antico thoracis, maculis duabus elytrorum altera ad baſin majore, pedibusque rufis.*

Fabr. *Ent. Syſt. t. 1. p. 36. N:o 116 Sc. 4. maculatus.*

Jabl. *Col. t. 11. p. 270. t. 18. f. 8. Sc. 4. maculatus.*

Habitat rarius in Svecia auſtrali; in Germania frequens.

Caput nigrum, muticum, palpis antennarumque baſi rufis. *Thorax* longitudine dimidio latior, convexus, ſubtilisſime punctatus, niger, macula laterali in angulo antico rufa, margineque ſummo antico pallescente. *Scutellum* mediocre, nigrum, acutum, triangulare,

lare. *Elytra* thoracis latitudine, at duplo longiora, convexa, ſubtilisſime punctato-ſtriata; nigra, macula baſeos magna fere transverſa, poſtice dentata, alteraque minore ſubrotunda verſus apicem, rufis. *Pectus* & *abdomen* nigro-picea, ano pallidiore. *Pedes* rufi. Magnitudine Sc. merdarii.

XXXI. SC. Foetidus *niger, poſtice gibbus, elytris leviter punctato ſtriatis, margineque laterali thoracis, caſtaneis.*

Fabr. *Ent. Syſt. t. 1. p. 40. N:o 131 Sc. fœtidus.*

Jabl. *Col. t. 11. p. 160 t. 12. f. 15. Sc. putridus.*

Habitat in ſtercore tempore autumnali.

Caput nigrum, ſubtilisſime punctulatum, clypeo truncato emarginato, ſæpius lineola valde obſoleta transverſa elevata, vel in altero ſexu tuberculis tribus minutisſimis obſoletis. *Thorax* longitudine dimidio latior, ſubtilisſime confertisſime punctatus, convexus, niger, margine laterali, præſertim antice, obſolete caſtaneo. *Scutellum* nigrum, minutum, triangulare. *Elytra*, thorace duplo longiora, at antice haud latiora, poſtice parum dilatata, ſubgibboſa, undique ſubtilisſime punctato-ſtriata, caſtanea, nitida. *Pectus* & *abdomen* nigra. *Pedes* obſcure caſtanei. Magnitudine Sc. tesſulati.

Var. β. elytris caſtaneis, macula media inæquali, vel plaga nigra.

Habitat cum præcedenti frequens.

Var. γ. elytris piceis immaculatis.

Ha-

Digitized by Google

Habitat cum præcedentibus, præſertim in Lapponia.

XXXII. SC. Sabuleti *muticus, niger, clypeo breviſſimo, rotundato, integerrimo, elytris profunde punctato-ſtriatis.*

Habitat in ſabuletis Scaniæ, Veſtrogothiæ, & Lapponiæ.

Caput muticum, nigrum, opacum, punctulatum, thoraci valde intruſum, clypeo breviſſimo, rotundato, integerrimo. *Thorax* niger, ſubopacus, longitudine plus quam dimidio latior, valde convexus, undique confertiſſime profunde punctatus. *Scutellum* minutum, ſubtriangulare, nigrum. *Elytra* thoracis latitudine, & plus quam dimidio longiora, nigra, parum nitida, valde convexa, profunde punctato-ſtriata. *Pectus, abdomen & pedes* nigri. Magnitudine eſt ſc. teſſulati.

Var. β. rufus capite thoraceque obſcurioribus.

Habitat cum præcedente, cui omnino ſimillimus, minus frequens.

XXXIII. SC. Arenarius *muticus, ſupra niger, clypeo integro, ſcabro, thorace læviſſimo, elytris gibboſis ſtriis lævibus.*

FABR. *Ent. Syſt. t. 1. p. 39 N:o 130 Sc. arenarius.*

Habitat in Sabuletis Hallandiæ. D. Doct. OSBECK.

Caput muticum, ſubtus rufum, villis brevioribus; ſupra nigrum, clypeo breviſſimo rotundato, integro, punctis elevatis ſcabrum. *Thorax* longitudine duplo latior, ſubtus rufus,

ſus, villis brevioribus; ſupra niger, margine antico tenuisſime flaveſcente, valde convexus, lente etiam lævisſimus. *Scutellum* nigrum, minutum, ſubtriangulare. *Elytra* nigra, ſutura picea, thorace plus quam duplo longiora, baſi paulo latiora, in medio adhuc magis dilatata, valde convexa, gibba, ſtriis lævibus, parum profundis. *Pectus, abdomen* & *pedes* piceo-ruſeſcentes, villis brevioribus. Vix Sc. merdario longior at duplo fere latior eſt.

XXXIV. SC. Elevatus *muticus, niger, clypeo lævi emarginato, thorace punctulato, elytris ſubgibboſis, punctato-ſtriatis.*

FABR. *Ent. Syſt. t. 1. p. 37. N:o 118 Sc. elevatus.*

Habitat in ſabaletis Weſtrogothiæ, rarisſime: Dom. GYLLENHAL.

Caput nigrum, muticum, clypeo lævi, brevisſimo, late emarginato, lineola antica transverſa elevata, valde obſoleta: antennarum clava ruſeſcens. *Thorax* niger, margine antico tenuisſime flaveſcente, longitudine vix duplo latior, valde convexus, præſertim ad latera confertisſime punctatus. *Scutellum* minutum, ſubtriangulare, nigrum. *Elytra* nigra, thorace duplo longiora, baſique fere latiora, poſtice adhuc paulo dilatata, valde convexa, ſubgibboſa, profunde punctato-ſtriata. *Pectus, abdomen* & *pedes* nigri; tarſi ruſeſcentes. Statura at vix magnitudine præcedentis.

OBS. A ceteris noſtratibus concoloribus differt clypeo lævi, elytrisque convexioribus.

XXXV.

XXXV. SC. Porcatus *muticus, fuſcus, thorace ſubcanaliculato, elytris porcatis.*

FABR. *Ent. Syſt. t. 1. p. 38. N:o 126. Sc. porcatus.*

JABL. *Col. t. 11. p. 275 t. XVIII t. 12. Sc. porcatus.*

Habitat in Hallandia. Dom. Doct. OSBECK.

Caput fuſcum, muticum, clypeo truncato, ſubemarginato. *Thorax* longitudine dimidio latior, fuſcus, margine antico tenuiſſime flaveſcente, convexus, profunde punctatus, foveola media obſoleta longitudinali, poſtice evidentiore. *Scutellum* fuſcum, acutum, triangulare. *Elytra* thoracis latitudine, duploque fere longiora, ſubcylindrica, convexa, profunde ſulcata, ſulcis transverſim ſtriatis. *Pectus, abdomen* & *pedes* fuſci. Inter minutiſſimos eſt noſtratium, ſeu Sc. Merdario dimidio minor.

XXXVI. SC. Aſper *muticus, capite thoraceque transverſim ſulcatis.*

FABR. *Ent. Syſt. t. 1. p. 39 N:o 128 Sc. aſper.*

JABL. *Col. t. 2. p. 278 t. XVIII f. 14. Sc. aſper.*

Habitat in Hallandia Dom Doct. OSBECK.

Caput nigro-piceum, clypeo emarginato, transverſim rugoſo. *Thorax* nigro-piceus longitudine dimidio latior, margine antico lineisque quatuor transverſis elevatis. *Scutellum* minutum, nigro-piceum. *Elytra* nigro-picea, thorace paulo latiora, at duplo longiora, valde convexa profunde punctato-ſtriata. *Pectus* & *abdomen* nigro-picea. *Pedes*

ru-

Digitized by Google

rufescentes. Præcedente vix longior, at paulo latior ſæpius eſt.

FAMILIA SECUNDA.

EXSCUTELLATI.

XXXVII. SC. Lunaris *niger, thorace tricorni, medio obtuſe bifido, capitis cornu erecto, clypeo emarginato.*

Fabr. *Ent. Syſt. t. 1. p. 46 N:o 150. Sc. lunaris, mas. Ibid. N:o 151 Sc. emarginatus, fœm.*

Linn. *Syſt. Nat. 11. p. 543 N:o 10. Fn. Sv. N:o 379 Sc. lunaris.*

Jabl. *Col. t. 11. p. 39. t. VIII f. 7. 8. 9.*

De Geer *Ins. 4. p. 257 N:o 2 Sc. lunaris.*

Habitat in ſtercore in Svecia auſtrali, præſertim ad inſulam Hven.

Caput nigrum ſubtus denſe ferrugineo piloſum, ſupra glabrum, clypeo plano, rotundato, emarginato, cornu in mare erecto, capite longiore, baſi bidentato, in fœmina capite dimidio breviore, apice emarginato, rarisſime integro. *Thorax* longitudine vix duplo latior, niger, ſubtus denſe ferrugineo-piloſus, ſupra glaber, convexus, punctulatus, lineola media longitudinali punctoque utrinque magno lateterali impresſis; antice in mare cornibus tribus brevioribus, intermedio lato, obtuſo, truncato, bifido; in fœmina protuberantiæ omnes minores indiſtinctiores ſunt. *Elytra* nigra, nitida, capitis thoracisque longitudine, convexa-

xa, ſulcata, glabra, abdomen poſtice haud obtegentia. *Pectus*, *abdomen* & *pedes* nigri, pilis minus denſis ferrugineis. Magnitudine ſæpius Sc. ſtercorarii.

Obs. Junior totus caſtaneus eſt.

XXXVIII. SC. Nuchicornis *nigricans, clypeo elongato, occipite ſpina inflexa, thorace æquali, elytris griſeis, nigro maculatis.*

Fabr. *Ent. Syſt. t. 1. p. 58 N:o 192 Sc. nuchicornis.*

Linn. *Syſt. Nat. 11. p. 547 N:o 24. Fn. Sv. N:o 381. Sc. nuchicornis.*

Jabl. *Col. 11. p. 199. t. 14. f. 5. 6. Sc. nuchicornis.*

De Geer *Ins. 4. p. 265. N:o IX. Sc. nuchicornis.*

Habitat in ſtercore frequens.

Caput ſubtus nigrum pilis quibusdam ferrugineis, ſupra nigrum, vel obſcure nigro-ſubæneum, ſubtilisſime punctatum; clypeo elongato, apice emarginato, lineola medii transverſa elevata; poſtice, in mare, ſpina baſi dilatata, apice antrorſum inflexa, jam longiore jam breviore, nunquam vero longitudine capitis; in fœmina, loco ſpinæ maris, lineola altera transverſa, elevata. *Thorax* niger vel ſupra obſcure-ſubæneus, longitudine duplo latior, parum convexus, ſubtilisſime punctatus, pilis brevisſimis griſescentibus, poſtice rotundatus, antice transverſus, æqualis, protuberantiis nullis, ſed in mare potius parum pro receptione cornu occipitis, retuſus. *Elytra* griſea, maculis nigris irregularibus, thoracis latitudine,

dine, at vix longiora, abdomine breviora, ſubdepreſſa, ſubtiliſſime ſtriata, interſtitiis ſtriarum etiam, oculo armato, punctulatis, e punctoque ſingulo pilo breviſſimo cineraſcente. *Pectus*, *abdomen*, & *pedes* nigri, vel nigro ſubæneі. Latitudine eſt Scar. foſſoris at ſæpe dimidio fere brevior.

Obs. Pili thoracis elytrorumque facillime avelluntur. A ſequente, cui valde affinis, differre videtur clypeo magis elongato, occipitis ſpina antrorſum inflexa, thoraceque protuberantiis nullis.

XXXIX. SC. Xiphias *nigricans*, *clypeo ſubrotundo*, *occipite ſpina erecta*, *thorace inæquali*, *elytris griſeis nigro maculatus*.

Fabr. *Ent. Syſt. t. 1. p. 59. N:o 193. Sc. Xiphias.*

De Geer *Ins. 4. p. 265. N:o 9. Sc. nuchicornis fœm.*

Habitat in ſtercore minus frequens.

Caput ſubtus nigrum pilis ferrugineis, ſupra nigrum vel obſcure nigro-ſubæneum, clypeo rotundato, ſubemarginato, lineola medii transverſa elevata; poſtice, in mare, ſpina erecta baſi dilatata, jam breviore jam longiore, vix vero longitudine capitis; in fœmina loco ſpinæ maris lineola altera transverſa, elevata. *Thorax* niger, vel obſcure nigro-æneus, longitudine duplo latior, parum convexus, ſubtiliſſime punctulatus, pilis breviſſimis griſeſcentibus; poſtice rotundatus, antice tranverſus, in mare protuberantiis duabus in medio, minutiſſimis, valde obſoletis, in fœmina protube-

ran-

ſtantia unica, majore, bene diſtincta. *Elytra* thoracis longitudine & latitudine, griſea, maculis nigris irregularibus, ſubdepreſſa, abdomine breviora, ſubtilisſime ſtriata, interſtitiis ſtriarum etiam, oculo armato, punctulatis, e punctoque ſingulo pilo brevisſimo cinerascente. *Pectus*, *abdomen* & *pedes* nigri, vel obſcure nigro-ſubæneï. Magnitudine omnino eſt præcedentis.

Obs. Pili thoracis elytrorumque facillime avelluntur.

XL. SC. Ovatus *niger*, *muticus*, *clypeo carinato*, *elytris crenato-ſtriatis*, *depresſis*.

Fabr. *Ent. Syſt. t. 1. p. 70. N:o 237. Sc. ovatus.*
Linn. *Syſt. Nat. 11. p. 551. N:o 46. Sc. ovatus.*
Jabl. *Col. t. 11. p. 320. t. 20. f. 9. Sc. ovatus.*

Habitat in ſtercore præſertim ovino, in Kinnakulle Veſtrogothiæ, *Dom.* Gyllenhal.

Caput nigrum, punctulatum, clypeo rotundato, emarginato, antice lineola obſoleta elevata, transverſa, interdum omnino deficiente; poſtice lineola altera magis elevata, transverſa. *Thorax* niger, muticus, integer, confertisſime punctulatus, pilis denſis brevisſimis griſescentibus, convexus, longitudine vix duplo latior. *Elytra* nigra, capitis thoracisque vix longitudine, ſubdepreſſa, abdomine breviora, ſubtilisſime crenato-ſtriata, interſtitiis ſtriarum etiam punctulatis, & in puncto ſingulo pilum brevisſimum. *Pectus*, *abdomen* & *pedes* nigri. Sc. nuchicorne fere quadruplo eſt minor.

XLI. SC. Schreberi *muticus, niger, clypeo carinato, elytris maculis duabus, pedibusque quatuor anticis, rubris.*

Fabr. *Ent. Syſt. t. 1. p. 68 N:o 225. Sc. Schreberi.*

Linn. *Syſt. Nat. 11. p. 551. N:o 45. Sc. Schreberi.*

Jabl. *Col. t. 11. p. 320. t. 20. f. 8. Sc. Schreberi.*

Habitat in ſtercore, Sveciæ auſtrali, rarius.

Caput nigrum, ſubtilisſime punctatum, clypeo rotundato, vix emarginato, lineolis duabus transverſis elevatis. *Thorax* niger, glaber, nitidus, longitudine fere duplo latior, valde convexus, ſubtilisſime punctatus, antice in altero ſexu ſubquadrituberculatus. *Elytra* thoracis longitudine, & antice latitudine, poſtice anguſtata, abbreviata, undique ſubdepresſa, nitida, glabra, punctato-ſtriata, interſtitiis ſtriarum etiam, oculo armato, punctulatis, nigra, maculis duabus rubris, altera baſeos, altera apicis. *Pectus & abdomen* nigra, nitida. *Pedes* antici picei, macula femorali villoſa ferruginea; poſtici rubri, nitidi. Magnitudine Sc. nuchicornem haud æquiparat, ſed ejus fere ſtatura.

HIS-

H I S T E R.

Maxilla unidentata.
Labium corneum cylindricum integrum.
Antennæ clava ſolida.

FAMILIA PRIMA.

ELYTRIS
Striis externis elongatis.

1. HIST. Unicolor *niger, fronte plana, antennis clava fusca, elytris ſtriis interioribus abbreviatis.*

Fabr. *Ent. Syſt. t. 1. p. 72. N:o 2. Hiſt. unicolor. p. 74. N:o 8. H. brunneus jun. a).*

Linn. *Syſt. Nat. 11. p. 567 N:o 3. Fn. Sv. N:o 440 Hiſt. unicolor.*

Herbst. *Col. 4. p. 22. t. 35. f. 1. Hiſt. unicolor. p. 29. t. 35 f. 4. H. duodecim ſtriatus.*

De Geer. *Ins. 4. p. 342. N:o 1. H. unicolor.*

Habitat in arena, ſtercore, & quisquiliis frequens.

Caput nigrum, fronte integra, plana, lineola ſubcirculari impreſſa: antennæ in medio rufescentes, clava fusca. *Thorax* niger, lævis, glaber, convexus, lineola antica transverſa, ſæpiusque duplice laterali impreſſis. *Scutel-*

a) Hiſteri omnes nigri, ſicut pleraque eleuterata, nuper e nymphis declarati brunnei ſunt, unde ſpecies eorum apud auctores nimis aucti.

Digitized by Google

lum minutum, nigrum. *Elytra* thorace dimidio longiora, anticeque thoracis latitudine, poſtice vero parum anguſtata, abbreviata, abdomen haud obtegentia; nigra, nitida, parum convexa, ſæpius ſtriis tribus, quatuor vel quinque exterioribus ſubintegris, & duabus vel tribus, antice fere in medio abbreviatis, interioribus; rarius ſtriis tribus vel quatuor integris externis, unaque modo ſuturali abbreviata. *Pectus* & *abdomen* nigra, punctatisſima. *Pedes* nigri: tarſi, ut in omnibus hujus generis, quinque articulati. Magnitudine valde variat, individua maxima ſæpe minimis quadruplo majora.

II. HIST. quatuor Maculatus *niger, thoracis lateribus bilineatis, elytris maculis quatuor rubris, antennarum clava ſubferruginea.*

FABR. *Ent. Syſt. 1. p. 76. N:o 18. Hiſt. 4. maculatus.*

LINN. *Syſt. Nat. 11. p. 567 N:o 6. Fn. Sv. N:o 443. Hiſt. 4. maculatus.*

HERBST. *Col. t. 4. p. 26. t. 35. f. 2. Hiſt. 4. maculatus.*

De GEER *Ins. 4. p. 344. N:o 3. Hiſt. 4. maculatus.*

Habitat in ſtercore apud nos rarius, in Germania frequens.

Caput nigrum, fronte lineola ſubcirculari impreſſa; antennarum clava ſubferruginea. *Thorax* longitudine poſtice, non antice, duplo latior; niger, nitidus, parum convexus, lineola antica transverſa, & duplice laterali, exteriore obſoletiore, impresſis. *Scutellum* minutum, tri-

an-

angulare, nigrum. *Elytra* nigra, maculis duabus, altera humerali altera in medio ſæpe confluentibus, rubris; thorace vix dimidio longiora, poſtice abbreviata, nitida, parum convexa, lævia, ſtriis ſæpius duabus margine externo propioribus integris, unaque fere in medio ſæpe poſtice abbreviata, impreſſis; rarius ſtriis tribus externis integris, ſtriaque abbreviata obſoleta ſuturali. *Pectus, abdomen & pedes* nigri. Maxima præcedentis individua magnitudine æquiparat.

III. HIST. Sinuatus *niger, thoracis lateribus uniſtriatis, elytris arcu longitudinali lunata rubra, clava antennarum ferruginea.*

FABR. *Ent. Syſt. t. 1. p. 75 N:o 15. Hiſt. Sinuatus?*

HERBST. *Col. 4. p. 43. t. 36 f. 7. Hiſt. Sinuatus.*

THUNB. *Ins. Svec. 5. 66.*

Habitat in ſtercore Sveciæ auſtrali rarius.

Caput nigrum, fronte lineola ſemicirculari impreſſa, clava antennarum fuſca. *Thorax* niger, longitudine antice dimidio, poſtice duplo latior; convexus, lineola antica transverſa, & utrinque laterali impreſſis; interdum etiam lineola altera laterali margine propiore valdeque obſoleta antice incipit, ſed vix dimidii thoracis longitudinem attingit. *Scutellum* minutum, triangulare, nigrum. *Elytra* thoracis latitudine, at vix dimidio longiora, parum convexa, poſtice abbreviata, nigra nitida, arcu in medio magno longitudinali, nec baſin nec apicem attingente, rubro;

 ſtriis

ſtriis tribus vel quatuor, quarta interdum abbreviata, externis, ſtriaque brevi ſuturali, antice poſticeque abbreviata, impreſſis. *Pectus*, *abdomen* & *pedes* nigri. Magnitudine & ſtatura omnino præcedentis. An ſatis ſpecie diſtinctus?

IV. HIST. Purpurascens *niger, thoracis lateribus uniſtriatis, elytris disco rubris, ſtriis quinque integris, duabus abbreviatis.*

Herbst. *Col. t. 4. p. 42. t. 36. f. 6. Hiſt. purpurascens. p. 35. t. 35. f. 10. Hiſt. brunnæus.*

De Geer. *Ins. 4. p. 343 N:o 2. Hiſt. bimaculatus.*

Habitat in ſtercore ſat frequens.

Caput nigrum, frons integra, lineola ſemicirculari impreſſa; antennæ in medio rufescentes. *Thorax* poſtice longitudine duplo latior, antice parum anguſtatus, niger, nitidus, convexus, lineola antica transverſa & altera utrinque laterali impreſſis. *Scutellum* minutum, triangulare, nigrum. *Elytra* nigra, disco præſertim poſtico læte purpurascente, thorace dimidio longiora, anticeque ejus latitudine, poſtice vere parum anguſtata, abbreviata, ſtriis quinque longitudinalibus integris, duabusque margine ſuturali propioribus, in medio abbreviatis, impreſſis. *Pectus* & *abdomen* nigra. *Pedes* jam nigri, jam picei. Minimis individuis Hiſt. unicoloris magnitudine par.

V. HIST. bi. Maculatus *niger, thorace foveolato, elytris poſtice diagonalatiter dimidiato rubris, ſtria ſuturali abbreviata.*

Fabr.

Digitized by Google

Fabr. *Ent. Syſt.* 1. *p.* 76. *N:o* 17. *Hiſt.* 2. *maculatus.*

Linn. *Syſt. Nat. II. p.* 567 *N:o* 5. *Fn. Sv. N:o* 442. *Hiſt.* 2. *maculatus.*

Herbst. *Col.* 4. *p.* 45. *t.* 36. *f.* 8. *Hiſt.* 2. *maculatus.*

Habitat in ſtercore rarius.

Caput nigrum, fronte integra, lineola ſemicirculari impreſſa: antennæ rufeſcentes. *Thorax* poſtice longitudine vix duplo latior, antice parum anguſtatus, foveola utrinque ſtriaque antica transverſa leviter impreſſis, & e foveolis ſtria altera laterali poſtice abbreviata. *Scutellum* minutiſſimum, nigrum. *Elytra* nigra, poſtice ex angulo anteriore exteriore ad angulum interiorem poſteriorem diagonaliter dimidiato rubris; thoracis latitudine at vix dimidio longiora, poſtice abbreviata, ſubanguſtata, undique parum convexa, ſtriis ſex integris, unaque ſuturali in medio abbreviata. *Pectus* & *abdomen* nigra. *Pedes* picei. Præcedenti paulo minor minusque convexus.

VI. HIST. duodecimſtriatus *niger, thorace lævi ſtria unica laterali, elytris ſtriis omnibus integris.*

Rossi *Fn. Etr. Mant. p.* 14. *N:o* 23. *Hiſt. duodecimſtriatus.*

Schrank *Enum. Jns. Auſtr. p.* 39 *N:o* 70. *Hiſt.* 12. *ſtriatus.*

Habitat in truncis arborum emortuarum rarius.

Caput nigrum, nitidum, fronte integra, lineola ſemicirculari impreſſa; clava antenna-

rum ferruginea. *Thorax* niger, lævis, nitidus, convexus, poſtice longitudine duplo latior, antice parum anguſtatus, lineola ſubtilisſime rugoſa in margine antico & laterali impresſa. *Scutellum* minutum, triangulare, nigrum. *Elytra* thorace dimidio longiora, anticeque thoracis latitudine, poſtice vero paulo anguſtata, truncata, abdomen haud obtegentia, parum convexa, nigra, nitida, in ſingulo ſtriæ ſex integræ ita decurrunt, ut æqualibus a ſe distantes ſpatiis discum totum occupent. In ipſo margine exteriore interdum etiam ſtriola obſoleta obſervatur. *Pectus* & *abdomen* nigra. *Pedes* picei. Jam magnitudine omnino præcedentis, jam dimidio fere major.

OBS. Differt ab Hiſt. Unicolore antennarum clava ferruginea, ſtriisque omnibus elytrorum integris.

VII. HIST. Frontalis *niger, ſubdepresſus, fronte impresſa, thoracis lateribus punctulatis, elytris ſtriis interioribus abbreviatis.*

ROSSI *Fn. Etr. Mant. p. 13 N:o 21. Hiſt. minor.*

THUNB. *Jns. Svec. 5. p. 65. Hiſt. abbreviatus.*

Habitat in ligno putrido, & ſub cortice arborum rarius.

Caput nigrum, fronte valde impresſa, antennarum clava ſubferruginea. *Thorax* niger, nitidus, ſubdepresſus, poſtice non antice longitudine duplo latior, dorſo lævisſimo, lateribus punctulatis, margineque laterali elevato. *Scutellum* minutisſimum, triangulare, nigrum, *Ely-*

Elytra thorace plus quam dimidio longiora, & antice non poſtice ejus latitudine, abdomen fere obtegentia, truncata, ſubdepreſſa, nigra, nitida, ſtriis quatuor exterioribus integris, tribusque interioribus antice abbreviatis, ſuturali vero ſæpe obſoleta, vel omnino deficiente. *Pectus*, *abdomen* & *pedes* nigri. Magnitudine Hiſt. bimaculati.

Obs. Differt a præcedentibus corpore magis depreſſo, fronte impreſſa, thoracisque lateribus punctulatis; a ſequente vero præſertim corpore convexiore, ſtriisque plurimis abbreviatis. A cel. Dom. Helvigio mihi ſub nomine H. politi misſus, ſed a H. polito Herbſtii diverſisſimus. Minime etiam H. abbreviatus eſt Dom. Fabricii, quia ſtriæ elytrorum haud crenatæ.

VIII. HIST. Depresſus *niger, depreſſus, fronte impreſſa, thoracis lateribus punctulatis, elytris ſtria ſuturali abbreviata.*

Fabr. *Ent. Syſt. 1. p. 74. N:o 10. Hiſt. depresſus.*

Herbst. *Col. 4. p. 34. t. 35. f. 9. Hiſt. depresſus.*

Habitat ſub cortice arborum, ſat frequens in Uplandia.

Caput nigrum, nitidum, fronte impreſſa, ſubtilisſime punctulata: antennæ ferrugineæ. *Thorax* niger, nitidus, depresſus, longitudine vix duplo latior, dorſo lævi, lateribus ſubtilisſime punctulatis, margine elevato. *Scutellum* minutisſimum, triangulare, nigrum. *Elytra* nigra, nitida, thoracis latitudine, at vix dimidio longiora, depreſſa, ſtriis quatuor longitudina-

dinalibus integris externis, unaque margine interiore propiore, antice fere in medio abbreviata. *Pectus*, & *abdomen* nigra. *Pedes* picei. Præcedente plus quam dimidio eſt minor.

Obs. Omnia individua, & certe haud pauca, a me in patria collecta, ſemper ſtriis quatuor integris elytrorum inſtructa fuerunt, at in Germania ſtriis etiam modo tribus cetero ſimillima inveni.

IX. HIST. Oblongus, *niger, oblongus, ſubdepreſſus, fronte impreſſa, thoracis lateribus punctulatis, elytris ſtriis internis abbreviatis.*

Fabr. *Ent. Syſt. 1. p. 75. N:o 13. Hiſt. oblongus.*

Thunb. *Jns. Sv. 5. p. 63. Hiſt. elongatus.*

Habitat ſub cortice arborum frequens.

Caput nigrum, nitidum, fronte impreſſa: antennæ ferrugineæ. *Thorax* longitudine vix dimidio latior, niger, nitidus, ſubdepreſſus, dorſo lævi, lateribus late punctulatis. *Scutellum* punctiforme, nigrum. *Elytra* thoracis latitudine at duplo longiora, poſtice truncata, abbreviata, vix anguſtata, undique ſubdepreſſa, ſtriis quatuor vel tribus exterioribus integris, duabus vel tribus interioribus abbreviatis. *Pectus* & *abdomen* nigra, nitida. *Pedes* picei. Latitudine vix præcedentis, ſed dimidio longior, magisque convexus.

Obs. Occurrit etiam minus frequens varietas cæteris plus quam duplo minor, ſed, magnitudine excepta, omnino ſimillima, cujus individuum nuper declaratum a Cel. Dom. Thunberg in Jns. Sv. 5. p. 66 ſub nomine Hiſt. ferruginei deſcriptum eſt.

X.

Digitized by Google

X. HIST. Glabratus *ſupra æneus, convexus, thorace marginato, elytris longitudine abdominis, punctato-ſtriatis.*

FABR. *Ent. Syſt. 1. p. 73. N:o 3. Hiſt. glabratus.*

Habitat rarius Uplandiæ; ſemel in prædio meo Walloxſdby initio menſis maji, in ſucco adſcendente betulæ exiſæ, & marem & fœminam copulis junctis inveni, qui omnino ſimillimi licet mas paulo minor, elytrisque paulo obſcurioribus.

Caput ſubtus nigrum, ſupra æneum, nitidum, ſubtilisſime punctatum, fronte integra, antennis nigris. *Thorax* longitudine duplo latior, antice transverſus, poſtice ſinuatus, ſubtus niger, ſupra æneus, nitidus, convexus, dorſo læviſſimo, lateribus punctulatis, margine laterali elevato, lineola antica transverſa nulla. *Scutellum* æneum, nitidum, magnum, poſtice vix acuminatum. *Elytra* thoracis latitudine at plus quam duplo longiora, valde convexa, ænea, nitida, ſubtilisſime punctato-ſtriata, poſtice truncata abdominis fere longitudine. *Pectus* & *abdomen* nigra. *Pedes* picei, tibiis minus quam in reliquis hujus generis compresſis & dilatatis, nec dentibus ſed ſpinis minutisſimis armatis. Magnitudine Hiſt. unicoloris mediocris, ſed multo convexior.

OBS. Inſectum hoc, veſtigiis Dom. FABRICII, ad Hiſteros retuli, an jure? Habitu enim nimis differt, & ad Sphæridios accedere videtur; labium etiam emarginatum, at maxilla unidentata, & antennæ vix perfoliatæ, licet clava mi-

Digitized by Google

microſcopio ſubjecta quaſi ſignaturis duabus transverſis partita videatur, quod vero etiam in aliis ſpeciebus hujus generis, ut jam acutisſimus De Geer obſervavit, mihi contigit.

FAMILIA SECUNDA.

Elytris ſtriis externis abbreviatis.

XI. HIST. Conjungens *niger, elytris, apice excepto, lævibus, ſtriis quinque punctatis ſubabbreviatis.*

Habitat apud nos rarius, ex Italia mihi etiam a cel. Dom. Rossi *misſus.*

Caput nigrum, nitidum, fronte depesſa, ſubtilisſime rugoſa. *Thorax* niger, antice latitudine longitudinis, poſtice duplo fere latior, ſupra convexus, nitidisſimus, disco lævisſimo, margine omni punctulato. *Scutellum* nullum. *Elytra* thorace vix latiora at plus quam dimidio longiora, convexa, nigra, nitida, ſtriis quinque e punctis impresſis, quarum exterior in medio abbreviata, reliquæ fere ad apicem productæ, interſtitiis lævisſimis, punctulis aliquot obſoletis exceptis, inter ſtriam ſuturalem, e cœteris magis elongatam, & ſtriam proximam, quæ ſeſe antice arcuatim jungunt. Apex ſubtilisſime temere punctulatus, ſummo margine piceo. *Pectus & abdomen* nigra, vel nigro-picea. *Pedes* obſcure picei, tarſis dilutioribus, tibiis dilatatis ſpinoſis. Magnitudine Hiſt. ænei.

Obs. Familiam primam cum ſecunda jungit, & interdum ſupra colore ſubmetallico.

XII.

Digitized by Google

XII. HIST. Semipunctatus *ſupra nigro-æneus punctulatus, thoracis diſco elytrisque antice lævibus, his ſtriis quinque externis abbreviatis.*

Fabr. *Ent. Syſt. 1. p. 73. N:o 4. Hiſt. ſemipunctatus.*

Herbst. *Col. 4. p. 30 t. 35 f. 6. Hiſt. ſemipunctatus.*

Habitat in cadaveribus & ſtercore Weſtrogothiæ rarius, Dom. Gyllenhal: *Uplandiæ ipſe.*

Caput nigro-ſubæneum, nitidum. *Thorax* longitudine antice dimidio poſtice duplo latior, ſubtus niger, ſupra nigro-æneus, nitidus, convexus, disco margineque antico medio, lævisſimis; margine poſtico tenue, laterali vero late, punctulatis. *Scutellum* minutum, nigroæneum. *Elytra* antice non poſtice thoracis latitudine, at vix dimidio longiora, nigroænea, nitida, convexa, poſtice crebro punctata, ſæpiusque lineola abbreviata ſuturali; antice glabra, ſtriisque quinque externis, obliquis, in medio abbreviatis, e punctis impresſis, interſtitio ſtriæ ſecundæ & tertiæ e margine exteriore interjecto ſubrugoſo. *Pectus & abdomen* nigra, nitida. *Pedes* nigro-picei, tibiis anticis valde dilatatis, multidentatis. Individua majora Hiſt. unicoloris magnitudinem æquiparat.

XIII. HIST. Quadriſtriatus *niger, punctatisſimus, elytris ſtria ſuturali integra, rugisque quatuor, obliquis, exterioribus, obſoletis, abbreviatis.*

Thunb. *Ins. Sv. p. 65. Hiſt. quadriſtriatus.*

Ha-

Digitized by Google

Habitat in Scania & Blekingia.

Caput nigrum, nitidum, punctulatum, clava antennarum fuſca, frons integra. *Thorax* antice latitudine longitudinis, poſtice dimidio latior, niger, undique punctatiſſimus, ſupra nitidior, parum convexus. *Scutellum* minutiſſimum, nigrum. *Elytra* thorace vix latiora at duplo fere longiora, ſubconvexa, nigra, opaca, punctatiſſima, macula parva glabriore in angulo anteriore interiore, rugisque quatuor obliquis, obſoletis, in medio abbreviatis, & ſtria ſuturali integra, quæ ſeſe cum ruga proxima antice arcuatim jungit. *Pectus, abdomen & pedes* nigro-picei, tarſis ſubferrugineis. Longitudine interdum præcedentis, ſed anguſtior.

Obs. Differt a ſequentibus, & præſertim a varietate nigra Hiſt. ænei, ad quem adpropinquat, magnitudine fere duplo majore, corpore magis oblongo, thorace undique punctulato, elytrisque rugis abbreviatis, non vero ſtriis punctatis.

XIV. HIST. Æneus: *æneus, punctulatus, thoracis disco elytrisque antice introrſum lævibus, ſtria ſuturali integra.*

Fabr. *Ent. Syſt. 1. p. 76. N:o 19. Hiſt. æneus.*
Herbst. *Col. 4. p. 29. t. 35. f. 5. Hiſt. æneus.*

Habitat in ſtercore minus frequens.

Caput æneum, nitidum, ſubtiliſſime punctatum, fronte integra. *Thorax* longitudine poſtice duplo antice vix dimidio latior, ſupra æneus, nitidus, convexus, ſubtiliſſime punctatus, disco læviſſimo: ſubtus nigro ſubæneus. *Scu-*

Scutellum punctiforme. *Elytra* antice non vero poſtice thoracis latitudine, convexa, æneo-nitida, ſubtilisſime confertisſime punctata, humeris, maculaque magna communi antica, lævisſimis; ſtria ſuturali integra, ſtriisque duabus obliquis diſtinctis, in medio abbreviatis e punctis minutisſimis, altera in ipſo margine campi lævisſimi, altera in ejus medio, cum ſtria ſuturali antice arcuatim juncta. Interdum ſtriæ adhuc binæ, poſtice abbreviatæ, valde obſoletæ, margini exteriori propiores, in campo punctulato obſervantur. *Pectus* & *abdomen* nigro-ſubænea. *Pedes* nigro-picei. Differt a Hiſt. ſemipunctato magnitudine triplo minore, elytrisque non modo poſtice ſed etiam ad latera usque ad baſin punctulatis, ſtriaque ſuturali integra. Variat colore nigro.

XV. HIST. Rugifrons *niger, punctatus, fronte rugoſo, thoracis macula poſtica, elytrisque antice lævisſimis; ſtria ſuturali integra.*

Habitat in Scania: Dom. QUENSEL.

Caput nigrum: frons transverſim rugoſa: antennæ clava fuscescente. *Thorax* longitudine antice dimidio poſtice fere duplo latior, niger, nitidus, convexus, marginatus, ſubtilisſime, confertisſime punctulatus, macula parva discoidali poſtica lævisſima. *Scutellum* minutisſimum, punctiforme. *Elytra* thorace vix dimidio longiora at haud latiora, nigra nitida, convexa, ſtria ſuturali integra, poſtice ſubtilisſime, confer-

confertisſime punctulata, antice lævisſima, ſtriis quatuor vel quinque obliquis, in medio abbreviatis, e punctis impresſis, quarum ſutura proxima cum ſtria ſuturali antice arcuatim juncta eſt. *Pectus* & *abdomen* nigra, nitida. *Pedes* nigro-picei. Longitudine ſed vix latitudine præcedentis, a quo etiam differt fronte rugoſa, thoracis disco poſtice modo lævisſimo, elytrisque antice undique lævibus, ſtriis plurimis diſtinctis.

Obs. Certo ſitu totus nigro-cœrulescens videtur.

XVI. HIST. Virescens: *virescens, punctatisſimus, elytris macula communi lævisſima, ſtria ſuturali integra.*

Habitat in Weſtrogothia rarisſime; Dom. Gyllenhal.

Caput virescens, punctatisſimum: frons convexa, integra: antennæ nigræ, clava fusca. *Thorax* longitudine antice dimidio poſtice duplo latior, virescens, nitidus, immarginatus, confertisſime punctatus, convexus. *Scutellum* nullum. *Elytra* thorace paulo latiora & dimidio longiora, virescentia, nitida, convexa, confertisſime punctulata, macula communi antica lævisſima, ſtriisque quatuor obliquis, externis in medio abbreviatis, e punctis cæteris paulo profundioribus, quarum ſuturæ proxima in margine eſt campi lævisſimi, & cum ſtria integra ſuturali ſeſe antice arcuatim jungit. *Pectus, abdomen,* & *femora* virescentia, nitida: *tibiæ* & *tarſi* nigro-picei. Magnitudine & ſtatura Hiſt. rugifrontis.

Obs.

Obs. Differt a præcedentibus thoracis disco toto, elytrisque magis, punctulatis: a ſequente magnitudine majore, colore, elytrisque macula communi lævisſima, ſtria ſuturali integra.

XVII. HIST. Punctatus *niger, punctatisſimus, elytris ſtria ſuturali nulla.*

Herbst. *Col. 4. p. 41. t. 36. f. 5. Hiſt. punctatus.*

De Geer *Ins. 4. p. 344. N:o 4. Hiſt. pygmæus.*

Habitat apud nos rarius: in ſucco qui e ſauciato trunco quercus exſtillabat ſemel plures capti ad Walloxſäby, menſe Junio.

Caput nigrum, nitidum, ſubtilisſime confertisſime punctatum: frons integra: antennarum clava rufeſcens. *Thorax* longitudine poſtice fere duplo, antice vix dimidio latior, niger, nitidus, convexus, undique ſubtilisſime confertisſime punctatus, lineola marginali nulla. *Scutellum* nullum. *Elytra* nigra, nitida, antice thorace paulo latiora, poſtice parum anguſtiora, truncata, abdomen fere obtegentia, ſummo apice piceo; undique convexa, præſertim poſtice confertisſime punctulata; antice ſtriis quatuor obliquis, in medio abbreviatis, e punctis reliquis paulo profundioribus. Stria ſuturali nulla, ſtria vero e margine exteriore quarta, quæ fere in medio eſt elytrorum, ſeſe antice verſus ſuturam ſinuatim flectit, & paulo deſcendit. *Pectus & abdomen* nigra. *Pedes* picei. Hiſt. æneo dimidio eſt minor.

Obs. Varietas adhuc paulo minor pedibus elytrorumque apicibus magis rufeſcentibus,

cœtero ſimillima, e Carlberg mihi etiam a. Dom. Grönbom miſſa eſt & ſub nomine Hiſt. nani a cel. Herbſtio Col. 4. p. 56. N:o 30. deſcripta.

XVIII. HIST. Rufipes *punctulatus, niger, pedibus rufis, elytris breviſſimis, antice lævibus, ſtriis quatuor exterioribus elongatis, ſuturali integra.*

Habitat in Scania rarius, Dom. Quensel.

Caput nigrum, nitidum, fronte integra, ſubtiliſſime punctulata: antennæ rufæ. *Thorax* poſtice, non vero antice, longitudine duplo latior, ſubtus nigro-piceus, ſupra niger, nitidus, convexus, ſubtiliſſime confertiſſime punctulatus, lineola marginali nulla. *Scutellum* nullum. *Elytra* thorace vix longiora, & poſtice parum anguſtiora, truncata, abdomine multo breviora, nigra, nitida, convexa, poſtice ſubtiliſſime confertiſſime punctulata, antice lævia, ſtriis quatuor obliquis punctatis abbreviatis, non vero in medio uti in præcedentibus, ſed magis ad apicem; ſtriaque adhuc ſuturali integra, cum ſtria abbreviata adjacente antice arcuatim juncta. *Pectus* & *abdomen* nigro-picea. *Pedes* rufi.

Obs. Differt a præcedente magnitudine ſæpius duplo minori, pedibus determinate rufis, elytris brevioribus, antice impunctatis, ſtria ſuturali integra, ſtriisque omnibus longioribus. Certo ſitu ſupra obſcure metallicus videtur.

XIX. HIST. Corticalis *niger, ſubgloboſus, punctatiſſimus, elytris ſulcis quatuor obſoletis, externis apice, internis medio, abbreviatis.*

Rossi

Rossi *Fn. Etr. 1. p. 30. N:o 69. Hiſt. abbreviatus? minime vero Hiſt. abbreviatus Dom.* Fabricii.

Habitat ſub cortice arborum rarisſime; prope Holmiam Dom. Deleen, *in Weſtrogothia Dom.* Gyllenhal.

Caput obſcure nigrum, punctatisſimum, clava antennarum rufescente. *Thorax* antice latitudine longitudinis, poſtice fere duplo latior, obſcure niger, ſupra valde convexus, punctatisſimus, immarginatus. *Scutellum* punctiforme. *Elytra* thorace fere duplo longiora, antice poſticeque ejus latitudine, in medio vero parum dilatata; nigra, obſcura, valde convexa, punctatisſima, ſtriis latis vel ſulcis etiam temere punctulatis, obſoletis, quatuor, quarum interiores in medio, exteriores binæ paulo ante apicem, abbreviatæ ſunt: ſtria ſuturali nulla. *Pectus* & *abdomen* nigro-picea. *Pedes* picei. Magnitudine vix Hiſt. ænei.

XX. HIST. Pygmæus *ſubgloboſus, piceus, lævis, elytris ſtriis quatuor obſoletisſimis abbreviatis.*

Fabr. *Ent. Syſt. 1. p. 74. N:o 9?*

Linn. *Syſt. Nat. 11. p. 567. N:o 4. Fn. Sv. N:o 441. Hiſt. pygmæus.*

Habitat in arenoſis aridis primo vere rarius.

Caput piceum, minutum, læve. *Thorax* longitudine antice vix duplo, poſtice fere triplo latior, piceus, lævis, valde convexus. *Scutellum* nullum. *Elytra* antice poſticeque thoracis latitudine, in medio parum dilatata, valde convexa, picea, lævia; abdominis fere

longitudine, oculo armato ſtriis quatuor omnino obſoletis lævibus, nec baſin nec apicem attingentibus. *Pectus*, *abdomen* & *pedes* dilute picei. Magnitudine Hiſt. punctati ſed convexior, ſtaturaque fere præcedentis.

FAMILIA TERTIA.

Elytris ſtriis nullis.

XXI. HIST. Picipes *lineari-elongatus, piceus, antennis pedibusque dilutioribus.*

FABR. *Ent. Syſt. t. 1. p. 77. N:o 21.*

HERBST. *Col. 4. p. 37. t. 35. f. 11. H. parallellipipedus p. 40. t. 36. f. 2. H. flavicornis p. 36. f. 13. H. picipes.*

ROSSI *Fn. Etr. Mant. p. 14. f. 23. Hiſt. parvulus.*

Habitat ſub cortice arborum ſat frequens.

Caput piceum, ſubtilisſime punctulatum, fronte plana: antennæ rufescentes. *Thorax* longitudine poſtice vix duplo, antice plus quam dimidio latior, piceus, nitidus, parum convexus, ſubmarginatus, ſubtilisſime confertisſime punctulatus. *Scutellum* nullum. *Elytra* thoracis latitudine, duploque fere longiora, picea, nitida, poſtice abbreviata, oculo armato undique ſubtilisſime confertisſime punctata, ſtriis nullis, niſi microſcopio ſubjecta, & magnitudine valde aucta, ſtria unica in medio levisſima, obſoleta, obliqua, abbreviata. *Pectus* & *abdomen* picea. *Pedes* piceo-rufescentes. Statura H. elongati, ſed quadruplo

plo minor. Variat interdum thoracis elytrorumque margine disco paulo dilutioribus.

XXII. HIST. Cæſus *niger, antennis pedibusque rufescentibus, thoracis dorſo gibbo, ſulco transverſali.*

FABR. *Ent. Syſt. t. 1. p. 77. N:o 22. Hiſt. cæſus.*

HERBST. *Col. 4. p. 40. t. 36. f. 3. Hiſt. cæſus.*

ROSSI *Faun. Etr. Mant. p. 15 N:o 26. Hiſt. puſillus.*

Habitat ſub cortice arborum emortuarum rarius.

Caput nigrum, ſubtilisſime punctulatum; frons longitudinaliter ſubimpresſa: antennæ rufeſcentes. *Thorax* longitudine vix dimidio latior, niger, ſubtilisſime confertisſime punctulatus, dorſo gibbus, ſulculo utrinque laterali longitudinali, alteroque profundiore transverſo in medio. *Scutellum* nullum. *Elytra* thorace vix longiora ejusque latitudine, nigra, convexa, ſubtilisſime confertisſime punctulata, poſtice anguſtata abbreviata. *Pectus* & *abdomen* nigra, ano piceo. *Pedes* rufeſcentes. Minimus eſt noſtratium, vix ſemine papaveris major, ſeu duplo minor præcedente.

OBS. Variat ſulculo transverſali thoracis omnino obſoleto, ut in H. puſillo ROSSII.

SPHAERIDIUM.

Palpi quatuor filiformes.

Labium quadratum emarginatum.

Antennæ clava perfoliata.

FAMILIA PRIMA.

Antennarum clava articulis tribus perfoliatis.

I. SPH. Scarabeoides *ovatum, nigrum, margine concolore, elytris macula discoidali rubra, apicis flaveſcente.*

Fabr. *Ent. Syſt. 1. p. 77. N:o 1. Sph. Scarabeoides.*

Linn. *Syſt. Nat. 11.. p. 563. N:o 17. Fn. Sv. N:o 428. Sph. Scarabeoides.*

Herbst. *Col. 4. p. 62. t. 37. f. 1. Sph. Scarabeoides.*]

De Geer *Ins. 4. p. 345. N:o 5. Hiſter teſtudinarius.*

Habitat in ſtercore frequens.

Caput nigrum, læve: antennarum clava articulis tribus compreſſis, ultimo apice emarginato. *Thorax* niger, longitudine duplo latior, lævis, glaber, convexus. *Scutellum* oblongum, acuminatum, nigrum. *Elytra* latitudine thoracis at duplo longiora, poſtice rotundata, undique valde convexa, glabra, lævia, nigra, macula magna in diſco antico irregulari rubra, alteraque ſublunata, pallidiore, rarius parva punctiformi, ad apicem. *Pectus* & *abdomen* nigra, opaca. *Pedes* picei, interdum ru-

Digitized by Google

rufo maculati, tibiis ſpinoſisſimis: tarſi antici, ut in dytiscis, in altero ſexu patellati. Maximum eſt noſtratium & haud multum magnitudine variat.

Obs. Sub microſcopio punctis omnino minutisſimis vage adſperſus videtur.

Var. β.

niger, elytris macula apicis lunata pallide-rubra.

Fabr. *Ent. Syſt. t. 1. p. 78. N:o 2. Sph. lunatum.*

Herbst. *Col. 4. p. 66. t. 37. f. 2. Sph. bipuſtulatum.*

Habitat minus frequens cum varietate præcedente, cui omnino habitu, magnitudine & ſtatura ſimillima.

II. SPH. Marginatum *ovatum, nigrum, thoracis elytrorumque margine pedibusque ferrugineis.*

Fabr. *Ent. Syſt. 1. p. 80. N:o 11. Sph. marginatum.*

Herbst. *Col. 4. p. 67. N:o 3. Sph. marginatum.*

Habitat in ſtercore minus frequens.

Caput nigrum, læve, glabrum, antennarum clava articulis tribus compresſis. *Thorax* convexus, lævis, glaber, poſtice, non vero antice, longitudine duplo latior, niger ſummo margine laterali ferrugineo. *Scutellum* oblongum, nigrum. *Elytra* latitudine thoracis at duplo longiora, valde convexa, lævia, glabra, nigra, margine exteriore tenuisſime ferrugineo. *Pectus* & *abdomen* fusca, opaca. *Pedes* piceo-ferruginei, nigro-maculati, tar-

 ſis

Digitized by Google

ſis anticis in altero ſexu patellatis. Duplo ſemper minus eſt præcedente, & eodem modo ſub microſcopio ſubtilisſime vage punctulatum.

Var. β.

Elytrorum margine, maculaque jam apicis jam paulo ante apicem, ferrugineo-rufis.

FABR. *Ent. Syſt. 1. p. 78 N:o 3. Sph. bipuſtulatum.*

HERBST. *Col. 4. p. 67. N:o 3. Sph. marginatum.*

Habitat in ſtercore cum varietate præcedente, cui ſimillima.

OBS. Interdum etiam in disco antico elytrorum macula rufo-picea obſoleta. A. Sph. ſcarabeoide, cui valde affinis, differre videtur corpore ſemper duplo minore, & thoracis elytrorumque margine ferrugineo, nec varietas ejus ſexu; nam, ut jam admonui, individua pedibus patellatis in utroque occurrunt.

III. SPH. Glabratum *ſupra nigrum, ſubtus piceum, elytris punctato-ſtriatis, abdomine brevioribus.*

FABR. *Ent. Syſt. 1. p. 79. N:o 8. Sph. glabratum.*

HERBST. *Col. 4. p. 188 t. 43. f. 3. Strongylus ater.*

Habitat in Svecia rarius.

Caput nigrum, ſubtilisſime punctulatum: palpi rufescentes, antennæ baſi rufescentes, clava fusca compreſſa triarticulata. *Thorax* antice pro receptione capitis emarginatus, poſtice transverſus dilatatus, longitudine fere duplo

duplo latior; ſubtus piceus, ſupra niger, nitidus, glaberrimus, convexus, ſubtilisſime confertisſime punctatus. *Scutellum* nigrum, ſubtilisſime punctatum, ſubtriangulare, baſi latisſima. *Elytra* thoracis latitudine, at vix duplo longiora, nigra, nitida, convexa, ſubtilisſime punctato-ſtriata, abdomine breviora, apice truncato. *Pectus*, *abdomen*, & *pedes* nigro-picei. Magnitudine Sph. marginati.

IV. SPH. Colon *ferrugineum, pube flaveſcente, thorace punctis denudatis.*

Fabr. *Ent. Syſt. 1. p. 78. N:o 4. Sph. Colon.*

Linn. *Syſt. Nat. 11. p. 564 N:o 27. Fn. Sv. N:o 438 Derm. Colon.*

Herbst. *Col. 4. p. 185. t. 34. f. 5. Strongylus 4. punctatus, at figura major. Ibid. p. 184. t. 34. f. 4. Strong. variegatus, individuum pube denudatum at figura major.*

Habitat apud nos rarius.

Caput ferrugineum, pube flaveſcente: oculi prominuli nigri: antennarum clava fuſca triarticulata. *Thorax* longitudine triplo latior, convexus, ferrugineus, margine laterali dilutiore, pube denſa flaveſcente, punctis quatuor discoidalibus denudatis, in ſtrigam antrorſum lunatam poſitis: oculo armato undique ſubtilisſime confertisſime punctatus. *Scutellum* ferrugineum, pube flaveſcente, poſtice rotundatum. *Elytra* thoracis vix latitudine at duplo longiora, convexa, ferruginea, ad marginem exteriorem interdum fuſceſcentia, pube undique denſa flaveſcente, macula humerali denudata: oculo armato ſubtilisſime con-

Digitized by Google

ſertisſime punctata. *Pectus*, *abdomen* & *pedes* ferruginei. Vix magnitudine eſt Sph. Scarabeoidis.

V. SPH. Luteum *luteo-ferrugineum, pube undique concolore.*

Fabr. *Ent. Syſt. 1. p. 79. N:o 6. Sph. luteum.*
Herbst. *Col. 4. p. 183. t. 34. f. 3. Strongylus luteus.*

Habitat paſſim minus frequens.

Caput luteo-ferrugineum, pube concolore; clava antennarum triarticulata, fuſca: oculi nigri. *Thorax* longitudine fere triplo latior, convexus, flavo-ferrugineus, pube undique concolore; oculo armato ſubtilisſime conſertisſime punctatus. *Scutellum* luteo-ferrugineum, pube concolore, poſtice rotundatum. *Elytra* thoracis vix latitudine at duplo fere longiora, convexa, luteo-ferruginea, pube undique concolore: oculo armato ſubtilisſime punctata. *Pectus*, *abdomen* & *pedes* luteo-ferruginei. Statura & habitu omnino præcedentis ſed duplo minus & maculis nullis ſemper denudatis.

VI. SPH. Atomarium *ovatum, nigrum, elytris ſubtilisſime punctato-ſtriatis, apice pedibusque rufis.*

Fabr. *Ent. Syſt. p. 80. N:o XIII. Sph. atomarium.*

Habitat paſſim minus frequens.

Caput nigrum, palpis antennisque concoloribus, clypeo oculo armato ſubtilisſime punctulato. *Thorax* longitudine antice duplo po-

poſtice triplo latior, convexus, niger, oculo armato ſubtilisſime punctulatus. *Scutellum* minutum, nigrum, oblongo-triangulare. *Elytra* thoracis latitudine at duplo longiora, nigra, apice indeterminate rufescente, convexa, oculo armato ſubtilisſime punctato-ſtriata, interſtitiis ſtriarum etiam punctulatis. *Pectus* & *abdomen* nigra. *Pedes* rufi. Sph. fimetario duplo major & habitu Sph. marginati.

Obs. Hoc inſectum Sph. atomarium esſe Fabricii, ſumma ejus ſimilitudine cum Sph. lugubri plane convictus ſum. Silpha vero atomaria Linnéi minime eſt.

VII. SPH. Lugubre *ſubgloboſum, nigrum, elytris punctato-ſtriatis, pedibus rufis.*

Fabr. *Ent. Syſt. 1. p. 81. N:o 15. Sph. lugubre.*

Habitat Uplandiæ minus frequens.

Caput nigrum, oculo armato punctulatum: antennæ baſi flavescentes, clava triarticulata fusca. *Thorax* longitudine antice vix duplo poſtice haud triplo latior, niger, valde convexus, oculo armato ſubtilisſime punctulatus. *Scutellum* minutum, nigrum, triangulare. *Elytra* thoracis latitudine at duplo longiora, valde convexa ut fere globoſa, punctato-ſtriata, interſtitiis ſtriarum etiam oculo armato ſubtilisſime punctulatis. *Pectus* & *abdomen* nigro-picea. *Pedes* rufi.

Obs. Affinis præcedenti ſed quadruplo minus, corpore convexiore.

VIII. SPH. Hæmorrhoidale *oblongo-ovatum, ſub-*

ſubgibboſum, nigrum, thorace impreſſo, elytris nigro-piceis, poſtice dilutioribus.

Fabr. *Ent. Syſt.* 1. *p.* 81. *N:o* 18. *Sph. Hæmorrhoidale.*

Habitat in ſtercore paſſim.

Caput nigrum, immaculatum, oculo armato ſubtilisſime punctulatum. *Thorax* longitudine antice non duplo, poſtice haud triplo latior; niger, nitidus, valde convexus, oculo armato ſubtilisſime confertisſime punctulatus, poſtice verſus ſcutellum impresſione profundiore, punctiformi. *Scutellum* magnitudine media, triangulare, nigrum. *Elytra* nigro-picea, valde convexa, ſubgibboſa, thorace plus duplo longiora, anticeque ejus latitudine, poſtice vero anguſtiora, dilutiora, undique diſtincte punctato-ſtriata, interſtitiis ſtriarum etiam oculo armato ſubtilisſime punctulatis. *Pectus* & *abdomen* nigra, opaca. Femora ſæpius nigra, tibiis tarſisque piceis. Sph. atomario eſt paulo minus.

Obs. Differt a præcedentibus corpore magis oblongo, thoraceque impreſſo. Convexius eſt etiam Sph. atomario & elytra magis diſtincte punctato ſtriata.

Var. β.

Elytris totis caſtaneis.

Habitat cum præcedente cui ſimillima.

IV. SPH. Flavipes *oblongo-ovatum, nigrum, nitidum, elytris ſubtilisſime punctato-ſtriatis, apice pedibusque rufis.*

Fabr. *Ent. Syſt.* 1. *p.* 81. *N:o* 19. *Sph. flavipes.*

Ha-

Habitat in ſtercore minus frequens.

Caput nigrum, oculo armato ſubtilisſime punctulatum. *Thorax* longitudine antice duplo, poſtice triplo latior, niger, nitidus, valde convexus, oculo armato ſubtilisſime confertisſime punctulatus. *Scutellum* mediocre, triangulare, nigrum. *Elytra* thoracis latitudine at triplo fere longiora, nigra, apice rufo, convexa, ſubtilisſime punctato-ſtriata, interſtitiis ſtriarum etiam oculo armato punctulatis. *Pectus* & *abdomen* nigra. *Pedes* rufi. Triplo minus eſt præcedente, cui valde affinis, minus tamen convexus, thorace haud impreſſo.

Obs. Differt a Sph. atomario & lugubri, corpore magis elongato, & a Sph. melanocephalo convexitate majore.

X. SPH. Melanocephalum *oblongo-ovatum, nigrum, elytris rufo-caſtaneis, macula communi baſeos nigra.*

Fabr. *Ent. Syſt. 1. p. 80. N:o 14 Sph. melanocephalum.*

Linn. *Syſt. Nat. 11. p. 563 N:o 16. Fn. Sv. N:o 425 Dermeſtes melanocephalus.*

Herbst. *Col. 4. p. 74. t. 37. f. 10. K. Sph. melanocephalum.*

Habitat in ſtercore frequens.

Caput nigrum, oculo armato ſubtilisſime punctulatum: antennæ ſæpius baſi ferrugineæ, clava triarticulata, nigra: palpi jam nigri jam flaveſcentes. *Thorax* longitudine duplo latior, convexus, niger, margine ſummo laterali interdum rufeſcente; oculo armato undique ſubtilisſime punctulatus. *Scutellum* minu-

nutum, nigrum. *Elytra* thoracis latitudine, at plus duplo longiora, convexa, rufo-caſtanea, macula magna communi triangulari baſeos nigra: oculo armato punctato ſtriata, interſtitiis ſtriarum etiam ſubtiliſſime punctulatis. *Pectus* & *abdomen* nigra. *Pedes* ferruginei, tibiis ſerratis.

β.

Elytris rufo-caſtaneis immaculatis.

Herbst. *Col. 4. p. 74. t. 37. f. 10. M. Sph. melanocephalum.*

γ.

Elytris nigro-piceis, macula obſoleta humerali, apiceque rufescentibus.

Habitant varietates hæ omnes promiscue, & magnitudine variant; ſemper vero Sph. Hæmerrhoidali minores, minusque convexæ. Occurrit etiam frequens varietas pygmæa, ſub nomine Sph. ferruginei a Dom. Herbst. *Col. 4. p. 70. t. 37. f. 5. deſcripta & picta, cæteris ſimillima ſed quadruplo minor. An ſpecie diſtincta?*

XI. SPH. Dispar *oblongo-ovatum, ſubconvexum, nigrum, thoracis margine elytrisque flavo-griſeis, pedibus ferrugineis.*

Fabr. *Ent. Syſt. 1. p. 38. N:o 124. Scar. quisquilius: mas. p. 81. N:o 20. Sph. unipunctatum: fæmina.*

Linn. *Syſt. Nat. 11. p. 588. N:o 83. Fn. Sv. N:o 391. Sc. quisquilius: mas. Syſt. Nat. p. 579 N:o 6. Fn. Sv. N:o 470.* Coccin. *unipunctata: fæmina.*

Herbst. *Col. 2. p. 279. t. 18 f. 15. Scar. quisqui-*

quilius, ſed figura magis oblongus. Ibid. 4. t. 37. f. 10. L. var. Sph. melanocephali: mas. Ibid. p. 68. t. 37. f. 4. Sph. unipunctatum: fœmina.

De Geer *Ins. 4. p. 271. N:o 18. Scar. quisquilius: mas.*

Lajiiiart. *Ins. Tyrol. p. 86. Sp. Xantopterum: mas.*

Habitat in ſtercore & quisquiliis ſat frequens: primo vere ſæpe in aëre, cœlo ſereno, circumvolat.

Caput nigrum: oculo acute armato ſubtiliſſime punctatum; palpi antennæque baſi, pallidæ: clava antennarum nigra, articulis tribus valde compreſſis. *Thorax* longitudine duplo latior, parum convexus, niger, margine laterali griſeo-flavescente: oculo armato ſubtiliſſime punctatus. *Scutellum* minutum, nigrum, triangulare. *Elytra* thoracis latitudine at triplo fere longiora, parum convexa, punctato-ſtriata, in mare flavo-griſea, immaculata; in fœmina ſutura, maculaque communi in medio ſubtriangulari, nigris. *Pectus* & *abdomen* nigra. *Pedes* ferruginei tibiis ſubtiliſſime ſerratis. Sph. melanocephalo minus convexus eſt. Magnitudo ſexu variat, fœminæ pleræque Sp. fimetarium æquiparant; mares dimidio minores.

XII. SPH. Minutum *ovatum, nigrum, opacum, elytris profunde crenato-ſtriatis, apice pedibusque ferrugineis.*

Fabr. *Ent. Syſt. 1. p. 87. N:o 29. Sph. minutum.*

Herbst. *Col. 4. p. 76. t. 37. f. 11. Sph. minutum.*

Panz.

Digitized by Google

Panz. *Faun. Germ. 23. 3. Sph. crenatum.*

Habitat in ſtercore ſat frequens.

Caput nigrum, opacum, punctulatum, palpi ferruginei: antennæ baſi ferrugineæ, clava triarticulata, ſæpius nigra. *Thorax* longitudine antice haud duplo, poſtice triplo latior; niger, opacus, valde convexus, punctatiſſimus. *Scutellum* minutum, nigrum. *Elytra* thorace paulo latiora at duplo longiora, nigra, opaca, apice indeterminate ferrugineo; valde convexa, profunde crenato-ſtriata, interſtitiis ſtriarum etiam punctatiſſimis. *Pectus* & *abdomen* nigra. *Pedes* ferruginei. Magnitudine & fere ſtatura Sph. lugubris.

Obs. Ab omnibus diſtinguitur elytris ſuis profunde crenato-ſtriatis. Variat rarius thoracis lateribus elytrisque totis ferrugineis: Dom. Gyllenhal: an junior?

XIII. SPH. Fimetarium *nigrum, glabrum, læve, antennarum clava elongata, articulo ultimo conico longiſſimo.*

Fabr. *Ent. Syſt. 1. p. 82. N:o. 25. Sph. fimetarium.*

Habitat in fimetis frequens.

Caput nigrum, glabrum, nitidum; antennæ ſubpiloſæ ſtructura ſingulari; articulis 1. 2. longioribus 3. 4. 5. 6. 7. 8. breviſſimis 9. 10 clavis baſin conſtituentibus, truncatis, longioribus, ultimo ſeu undecimo vero præcedentibus duobus conjunctim paulo longiore, conico. *Thorax* niger, læviſſimus, glaberrimus, nitidus, convexus, poſtice non vero antice longitudine duplo latior. *Scutel-*

lum

lum triangulare, nigrum. *Elytra* thoracis latitudine at plus duplo longiora, nigra, nitida, lævisſima, glaberrima, valde convexa, ſtria obſoleta ſuturali impreſſa. *Alæ* amplæ albo-hyalinæ, nervis vix obſcurioribus, coſta antice fuscescente. *Pectus*, *abdomen* & *pedes* nigri. Sph. marginato 6 duplo eſt minus.

XIV. SPH. Bicolor *ſupra nigrum, ſubtus ruſum, antennarum clava elongata, elytris biſtriatis, macula apicis rubra.*

Fabr. *Ent. Syſt. 1. p. 82. N:o 24 Sph. bicolor.*
Habitat paſſim minus frequens.

Caput ſupra nigrum, glabrum, læve, ſubtus ruſum: antennæ ſubpiloſæ, ruſæ, ſtructura præcedentis; clava perfoliata, articulis tribus ſubæqualibus, ultimo tamen paulo longiore obconico. *Thorax* longitudine poſtice non antice duplo latior, ſubtus ruſus, ſupra niger, nitidus, lævisſimus, glaberrimus. *Scutellum* triangulare, nigrum. *Elytra* thoracis latitudine at plus duplo longiora, nigra, nitida, macula indeterminata apicis rubra; convexa, glaberrima, lævisſima, ſtriis modo duabus poſtice coëuntibus, ad ſuturam impreſſis. *Pectus*, *abdomen* & *pedes* ruſi. Præcedentis ſtatura at paulo eſt minus.

XV. SPH. Æneum *ſupra æneum, nitidum, ſubtus nigrum, antennarum clava elongata, elytris biſtriatis.*

Fabr. *Ent. Syſt. 1. p. 83. N:o 27. Sph. æneum.*
Habitat in floribus frequens.

 Ca-

Caput glaberrimum, lævisſimum, ſupra æneum, nitidisſimum: antennæ nigræ, ſtructura omnino ut in præcedente. *Thorax* longitudine duplo latior, ſupra æneus, nitidisſimus, lævisſimus, convexus, ſubtus niger. *Scutellum* triangulare, æneum, nitidisſimum. *Elytra* thoracis latitudine at plus duplo longiora, convexa, ænea, nitidisſima, glaberrima, lævisſima, ſtriis, modo duabus ad ſuturam, poſtice coëuntibus. *Pectus, abdomen* & *pedes* nigri: tarſi omnes ut in præcedentibus 5 articulati. Magnitudine & ſtatura Sph. bicoloris.

Obs. Tres hæ ſpecies præcedentes a reliquis ſtructura antennarum quidem differre videntur, vix tamen proprii generis.

FAMILIA SECUNDA.

Antennis clava articulis quatuor perfoliatis a).

XVI. SPH. Seminulum *globoſo-orbiculare, ſupra nigrum, ſubtus rufum, elytris lævisſimis, thorace vix longioribus.*

Fabr. *Ent. Syſt. 1. p. 83. N:o 28. Sph. ſeminulum.*

Linn. *Syſt. Nat. 11. p. 570. N:o. 8. Fn. Sv. N:o 447. Silpha ſeminulum.*

Habitat in ligno putrido.

Caput ſubtus rufum, ſupra nigrum, deflexum, lævisſimum, glaberrimum: antennæ rufæ, longio-

a) Tarſi antici & intermedii in omnibus hujus familiæ & ſequentis quinque articulati, tarſi vero poſtici articulis quatuor.

Digitized by Google

giores, ſubpiloſæ, articulo baſeos ſequentibus paulo craſſiore, longiore; clava elongata, perfoliata, articulis quatuor, primo anguſtiore, ultimo reliquis paulo longiore, obconico. *Thorax* ſubtus rufus, ſupra niger, lævisſimus, glaberrimus, valde convexus, in medio latisſimus, longitudine fere triplo latior, antice deflexus, ad latera rotundatus. *Scutellum* triangulare, nigrum. *Elytra* thoracis latitudine & vix longiora, gibboſa, nigra, nitida, lævisſima, glaberrima. *Pectus, abdomen* & *pedes* rufi, tibiis oculo armato ſubtilisſime ſpinoſis. Magnitudine variat: maxima individua latitudine fere Sph. fimetarii ſed breviora.

Obs. Tactum ſe in globulum contrahit.

β.

Corpore ſubtus nigrum pedibus ſubpiceis.

Herbst. *Col. 4. p. 91. t. 38. f. 10. Tetrat. orbicularis.*

Habitat cum varietate praecedente, cui ſimillima.

XVII. SPH. Atrum *globoſum, nigrum, elytris lævisſimis thorace duplo longioribus.*

Herbst. *Col. 4. p. 86. t. 38. f. 4. Tetrat. atra.*

Habitat in Weſtrogothia. Dom. Gyllenhal.

Caput nigrum, deflexum, lævisſimum, glaberrimum: antennæ ſtructura omnino præcedentis, ſed fere longiores. *Thorax* niger, lævisſimus, glaberrimus, valde convexus, in medio latisſimus, longitudine fere triplo latior, antice deflexus, ad latera rotundatus. *Scutel-*

lum triangulare, nigrum. *Elytra* thoracis latitudine at duplo longiora, nigra, valde convexa, lævisſima, glaberrima. *Pectus*, *abdomen* & *pedes* nigri, opaci, tibiis oculo armato ſubtilisſime ſpinoſis. Præcedente dimidio majus eſt, elytrisque ratione thoracis longioribus.

XVIII. SPH. Globus *globoſum*, *glabrum*, *ſubtilisſime punctulatum*, *nigrum*, *thorace rufo.*

Fabr. *Ent. Syſt.* 1. *p.* 78. *N:o* 5. *Sph. globus.*

Herbst. *Col.* 4. *p.* 71. *t.* 37. *f.* 7. *Sph. ruficolle; clava antennarum articulis vero quatuor.*

Habitat circa Holmiam rarisſime. Dom. Bilberg.

Caput nigrum, nitidum, deflexum; antennæ rufo-fuscescentes, clava articulis quatuor, primo anguſtiore. *Thorax* longitudine antice duplo poſtice triplo latior, valde convexus, deflexus, rufus, nitidus, oculo armato ſubtilisſime punctatus. *Scutellum* magnum, triangulare, nigrum, oculo armato ſubtilisſime punctatum. *Elytra* thorace vix latiora, latitudine longitudinis, nigra, nitida, valde convexa, globoſa; oculo armato ſubtilisſime temere punctata. *Pectus* & *abdomen* nigra. *Pedes* rufo-picei. Sph. ſeminulo, cujus omnino ſtatura paulo eſt majus, ſed differt corpore etiam lente punctulato, cum in illo vix ope microſcopii compoſiti, puncta quædam omnino minutisſima conſpiciuntur.

FA-

Digitized by Google

FAMILIA TERTIA.

Antennarum clava articulis quinque.

XIX. SPH. Nigripenne *rufum, læviſſimum, clava antennarum fuſca, elytris nigris.*

FABR. *Ent. Syſt. 1. p. 82. N:o 23. Sph. nigripenne.*

Habitat in Svecia auſtrali rarius.

Caput rufum, nitidum, clava antennarum fuſca, piloſa, quinque-articulata, articulo ſecundo minutisſimo. *Thorax* longitudine antice vix duplo, poſtice haud triplo latior; rufus, nitidus, convexus, lævisſimus. *Scutellum* rufum, triangulare. *Elytra* thoracis latitudine & haud duplo longiora, nigra, nitida, convexa, glabra, oculo acute armato ſubtilisſime temere punctulata. *Pectus, abdomen & pedes* rufi. Sph. ſeminulo paulo eſt majus, ſed minus convexum.

XX. SPH Humerale *ſubgloboſum, nigrum, ſubtus maculaque baſeos elytrorum rufa.*

FABR. *Ent. Syſt. 1. p. 79. N:o. 9. Sph. humerale.*

HERBST. *Col. 4. p. 86. t. 38. f. 5. Tetratoma humerale.*

Habitat in ligno putrido.

Caput deflexum, ſubtus rufum, ſupra nigrum, glaberrimum, lævisſimum; antennæ baſi rufæ, clava fuſca perfoliata articulis quinque, ſecundo minutisſimo. *Thorax* longitudine duplo latior; ſubtus rufus, ſupra niger, margine ſummo laterali rufo, valde convexus, deflexus,

læviſſimus, glaberrimus. *Scutellum* triangulare, nigrum. *Elytra* thoracis latitudine, at duplo longiora, valde convexa, nigra, nitida, macula magna baſeos, marginem, interiorem haud attingente, rufa: oculo armato undique ſubtiliſſime temere punctulata. *Pectus, abdomen* & *pedes* rufi, tibiis ſpinis minutiſſimis. A magnitudine Sph. atri ad duplo majorem variat.

XXI. SPH. Caſtaneum *ſubtus flaveſcens, ſupra fuſco-caſtaneum, thoracis margine flaveſcente, elytris temere punctulatis.*

Herbst. *Col. 4. p. 85. t. 38. f. 3. Tetrat. caſtanea.*

Habitat in Svecia auſtrali rarius.

Caput ſubtus flaveſcens, ſupra fuſco-caſtaneum, antennarum clava fuſca, articulis quinque, ſecundo minutiſſimo. *Thorax* longitudine duplo latior, convexus, læviſſimus, ſubtus flaveſcens, ſupra fuſco-caſtaneus, margine laterali & poſtico flaveſcente. *Scutellum* fuſco-caſtaneum, triangulare. *Elytra* thoracis latitudine at duplo longiora, fuſco-caſtanea, convexa, ſubtiliſſime temere punctulata. *Pectus, abdomen* & *pedes* flaveſcentes, tibiis ſubtiliſſime ſerratis. Sph. fimetario paulo majus eſt.

XXII. SPH. Globoſum *globoſum, ferrugineum, capite, thoracis medio, elytrorumque ſutura, fuſceſcentibus.*

Herbst. *Col. 4. p. 84. t. 38. f. 2. Tetr globoſa.*

Ha-

Habitat in ligno putrido Sveciæ auſtralis rariſſime.

Caput ſubtus ferrugineum, ſupra fuscescens: antennæ ferrugineæ, clava fusca, quinque-articulata, articulo ſecundo minutiſſimo. *Thorax* longitudine duplo latior, ſubtus ferrugineus, ſupra fuscus, margine laterali ferrugineo, valde convexus, deflexus, lævisſimus. *Scutellum* fusco-ferrugineum, triangulare. *Elytra* thoracis latitudine at vix duplo longiora, valde convexa, ſubtiliſſime confertiſſime temere punctulata, ferruginea, ſutura fuscescente. *Pectus, abdomen* & *pedes* ferruginei, tibiis ſpinis breviſſimis. Præcedentem magnitudine æquat, ſed differt colore, corporeque breviore magis globoſo.

XXIII. SPH. Abdominale *ſupra nigrum, ſubtus ferrugineum, elytris punctato-ſtriatis.*

FABR. *Ent. Syſt. I., p. 79. N:o 10. Sph. abdominale.*

Habitat in ligno putrido ſat frequens.

Caput ſubtus ferrugineum, ſupra nigrum, læviſſimum, clava antennarum quinque-articulata, articulo ſecundo minuto. *Thorax* longitudine antice duplo, poſtice triplo latior, deflexus, ſubtus ferrugineus, ſupra niger, nitidus, convexus, oculo etiam armato læviſſimus. *Scutellum* triangulare, læve, nigrum. *Elytra* thoracis latitudine at duplo longiora, nigra, nitida valde, convexa, ſubtiliſſime punctato-ſtriata. *Pectus, abdomen* & *pedes* ferruginei, tibiis ſpiniis breviſſimis. Majoribus individuis Sph. humeralis dimidio majus eſt.

XXIV. SPH. Ferrugineum *oblongo-ovatum, ferrugineum, elytris punctato-ſtriatis.*

FABR. *Ent. Syſt.* 1, *p.* 80 *N:o* 12. *Sph. ferrugineum.*

HERBST. *Col.* 4. *p.* 90. *t.* 38. *f.* 9. *Tetr. ferruginea.*

Habitat in Svecia auſtrali.

Caput ferrugineum, antennarum clava fuſca, articulis quinque, ſecundo minutisſimo. *Thorax* longitudine dimidio latior, ferrugineus, convexus, ſubtilisſime punctatus. *Scutellum* ferrugineum, punctulatum, triangulare. *Elytra* thoracis latitudine at plus duplo longiora, ferruginea, convexa, punctato-ſtriata. *Pectus, abdomen* & *pedes* dilute ferruginei, tibiis valde ſpinoſis. Magnitudine variat; jam Sph. fimetarium æquat, jam dimidio eſt majus.

XXV. SPH. Armatum *globoſo-ovatum, ferrugineum, elytris punctato-ſtriatis, tibiis ſpinoſisſimis.*

HERBST. *Col.* 4. *p.* 83. *t.* 38. *f.* 1. *Tetrat. armata.*

Habitat pasſim haud frequens.

Caput ferrugineum, deflexum, ſubtilisſime punctatum, oculis fuſcis; clava antennarum articulis quinque, ſecundo minutisſimo. *Thorax* ferrugineus, nitidus, longitudine vix duplo latior, valde convexus, deflexus, ſubtilisſime punctulatus. *Scutellum* ferrugineum, ſubtilisſime punctulatum. *Elytra* thoracis latitudine, at haud duplo longiora, convexo-globoſa, punctato-ſtriata. *Pectus, abdomen* & *pedes* fer-

ferruginei, tibiis ſpinoſisſimis. Latitudine præcedentis ſed brevius, magisque convexum, quo ſolummodo ab illo differt.

XXVI. SPH. Rufipenne *globoſo-ovatum, nigrum, antennarum baſi pedibusque pallidis, elytris rufis, punctato-ſtriatis.*

Thunb. *Act. Upſ. 4. p. 3. Dermeſtes ruber.*

Habitat in Weſtrogothia. Dom. Gyllenhal.

Caput nigrum, deflexum, palpis antennarumque baſi flaveſcentibus; harum clava nigra, articulis quinque, ſecundo minutisſimo. *Thorax* longitudine vix duplo latior, niger, deflexus, convexus, ſubtilisſime punctatus. *Scutellum* nigrum, punctulatum, triangulare. *Elytra* thoracis latitudine, at haud duplo longiora, rufo-ferruginea, convexa, punctato-ſtriata. *Pectus* & *abdomen* nigro-fuſceſcentia. *Pedes* flaveſcentes, tibiis ſpinoſis.

Obs. Differt a præcedente colore, & magnitudine ſæpius dimidio minore, an ſatis diſtinctum?

BYRRHUS.

Palpi æquales ſubclavati.

Maxilla bifida.

Labium bifidum.

Antennæ clava perfoliata.

I. BYRRH. Pilula *oblongo-ovatus, niger, fuſco-cinereo pubeſcens, elytris lineis atris interruptis.* Fabr.

Fabr. *Ent. Syſt. t. 1. p. 84. N:o 2. Byrrh. pilula.*

Linn. *Syſt. Nat. 11. p. 568 N:o 4. Byrrh. pilula. Fn. Sv. N:o 427. Derm. pilula.*

Habitat in graminoſis aridis frequens.

Caput retractum, nigrum, fusco-pubescens: antennæ capite duplo longiores. *Thorax* convexus, niger, ſubtilisſime punctatus, pube denſa fusca, antice compresſus, anguſtatus, poſtice longitudine duplo latior, angulis acutis. *Scutellum* minutum, triangulare, nigrum, fusco pubescens. *Elytra* thoraci arcte juncta, ejusdemque latitudinis, at triplo longiora, convexa, ſubtilisſime ſtriata, nigra, opaca, pube denſa fusco-cinerascente nitida, lineisque tribus vel quatuor interruptis holocericeo-atris. *Alæ* corpore longiores albido-hyalinæ, nervis obſcurioribus. *Pectus, abdomen* & *pedes* jam nigri, jam picei vel rufo-picei: tarſi ut in ſequentibus 5 articulati. Latitudine eſt Scar. fosſoris ſed brevior.

Var. β.

Fusco-cinereo pubescens, thorace nigro, fuscoque-cinereo variegato, elytris lineis atris interruptis, fasciaque poſtica flexuoſa nigra, marginem haud attingente.

Thunb. *Ins. Svec. 5. 68. Byrrh. cinctus.*

Var. γ.

Nigro-fusco pubescens, thorace variegato, elytris lineis atris interruptis, arcu in medio duplici communi, connato, e punctis niveis, fasciaque poſtica nigra utrinque abbreviata.

Panz. *Ent. Germ. 32. 8. Byrrh. Dianæ.*

Var.

Var. δ.

Nigro-ferrugineo pubescens, thorace variegato, elytris lineis interruptis atris, faſciaque media transverſa inæquali griſea, vel griſeo-ferruginea, marginem exteriorem haud anttingente.

Fabr. *Ent. Syſt. 1. p. 85. N:o 6. Byrrh. dorſalis, at elytra certe ſtriata licet paulo lævior quam in præcedentibus.*

Thunb. *Ins. Sv. 5. 69. Byrrh. dorſalis.*

Var. ε.

Nigro-pubescens, thorace ferrugineo variegato, elytris lineis interruptis atris faſciaque media inæquali ferruginea, marginem exteriorem haud attingente, punctis griſeo-flavicantibus cincta.

Fabr. *Ent. Syſt. 1. p. 85. N:o 4. Byrrh. faſciatus.*

Thunb. *Ins. Sv. 5. 68. Byrrh. faſciatus.*

Var. ζ.

Nigro-fusco pubescens, thorace ferrugineo variegato, elytris lineis atris, punctisque in medio duplici vel triplici ſerie transverſim collatis, albido-ferrugineis.

Fabr. *Ent. Syſt. 1. p. 84. N:o 3. Byrrh. albo-punctatus.*

Var. η.

Nigro-pubescens, elytris lineis atris interruptis, punctisque minutisſimis albidis duplice ſerie transverſim poſitis, ſæpe detritis.

Fabr. *Ent. Syſt. 1. p. 84. N:o 5. Byrrhus ater.*

Thunb.

THUNB. *Inſ. Sv. 5. Byrrh. Albopunctatus & Byrrh. ater.*

OBS. Varietates hæ omnes habitu & ſtatura ſimillimæ, ſimulque cohabitant, ſed, varietate η exepta, minus frequenter occurrunt: magnitudine etiam plerumque conveniunt, at var. ε ſemper reliquis fere dimidio minor. Vix ſpecie diſtinctæ.

II. BYRRH. Varius *niger, pubescens, capite thoraceque ſupra æneis, elytris ſtriatis viridibus, lineis interruptis atris.*

FABR. *Ent. Syſt. 1. p. 85. N:o 7. Byrrh. varius.*

DE GEER *Jns. 4. p. 213. N:o 8. Byrrh. pilula.*

Habitat in aridis ſat frequens.

Caput ſubtus nigrum, ſupra æneum, punctulatum, villis rarioribus brevisſimis griſeis: antennæ nigræ. *Thorax* ſtatura præcedentis, ſubtus niger, ſupra æneus, nitidus, oculo armato ſubtilisſime punctulatus, pube griſescente. *Scutellum* minutum, triangulare, pube albida. *Elytra* thorace paulo latiora at triplo longiora, convexa, ſtriata, viridia, nitida, pube rara griseſcente, lineisque quinque e punctis atris piloſis. *Pectus, abdomen* & *pedes* nigri. Sæpius triplo minor eſt præcedente.

Var. β.

Capite thoraceque obſcure æneis, elytris fuscis, e punctis atris & obſcure metallicis lineatis.

Habitat cum varietate præcedente, cui habitu

bitu ſtatura & magnitudine omnino ſimillima.

III. BYRRH. Murinus *ovatus, niger, griſeo-pubescens, elytris lineis atris, ſtrigisque duabus e punctis albidis.*

KUGELLAN *in Schn. Magazin 4. 424. 6. Byrrh. undulatus.*

Habitat in aridis rarius.

Caput nigrum, jam nigro-jam griſeo-ferrugineo pubescens. *Thorax* angulis acutis niger, ſubtilisſime punctatus, ſupra convexus, pube griſea vel fusco-nigra variegatus, antice compresſus, poſtice longitudine plus duplo latior. *Scutellum* minutum, nigrum, griſeo-pubescens. *Elytra* thorace paulo latiora at vix plus quam duplo longiora, valde convexa, ſtriata, nigra, pube denſa, jam cinerascente jam nigricante, lineis quibusdam atris, interdum certo ſitu ſubferrugineis, quas ſtrigæ duæ, e punctis cinereo-albidis, in medio dorſo ſecant. *Pectus, abdomen* & *pedes* nigri, pube cinerascente. Magnitudine Byrrh. pilulæ ſæpius ſexduplo eſt minor.

Var. β.

Niger, pube denſa fusco-ferruginea, elytris lineis obſoletisſimis obſcurioribus.

FABR. *Ent. Syſt. Ap. 4. 437, 6 — 7. Byrrh. murinus.*

THUNB. *Ins. Sv. 5. 68. Byrrh. pulverulentus.*

Habitat cum var. præcedente rarius.

OBS. Differt a Byrrh. pilula magnitudine nimis diverſa & corpore magis ovato.

IV.

Digitized by Google

IV. BYRRH. Æneus *ſupra æneus, ſubpubeſcens, ſcutello albido, elytris temere punctulatis.*

Fabr. *Ent. Syſt. 1. p. 86 N:o 8. Byrrh. æneus.*

Habitat in arenoſis aridis Sveciæ auſtralis ſat frequens.

Caput ſubtus fuscum, ſupra æneum, pubescentia rara cinerescente: antennæ nigricantes. *Thorax* ſtatura thoracis præcedentium, ſubtus obſcure fuscus, ſupra æneus, nitidus, undique ſubtilisſime punctatus, pilis brevisſimis, rarioribus, cinerescentibus. *Scutellum* triangulare, obſcure æneum, albido denſe villoſum. *Elytra* thoracis latitudine at triplo longiora, convexa, ænea, nitida, pilis rarioribus, brevisſimis, cinerescentibus, undique ſubtilisſime confertisſime temere punctata, ſtriis nullis impresſis. *Pectus, abdomen & pedes* obſcure fusci, cinereo-pubescentes. Byrrho murino paulo brevior at dimidio anguſtior eſt.

V. BYRRH. Semiſtriatus *niger, ſubpubeſcens, antennis pedibusque rufo-flavescentibus, elytris baſi ſtriatis.*

Fabr. *Ent. Syſt. 4. ap. 437. 6 — 7. Byrrh. ſemiſtriatus.*

Thunb. *Ins. Sv. 5. 68. Byrrh. minutus.*

Habitat in arenoſis aridis & ſub lapidibus in Svecia auſtrali rarius.

Caput nigrum, ſubpubescens, ore antennisque rufo-flavis: frons ſubtilisſime punctulata. *Thorax* niger, pube rariore griseſcente, longitudine antice dimidio poſtice duplo latior, convexus, ſubtilisſime confertisſime punctulatus. *Scutellum* minutum, oblongo-triangulare.

re. *Elytra* thorace paulo latiora, at triplo fere longiora, convexa, nigra, nitida, pube rara cinerascente, ſtria ſuturali integra, ſtriisque plurimis baſeos ante medium abbreviatis, undique ſubtiliſſime confertiſſime punctulata, apice interdum piceo. *Pectus* & *abdomen* nigra, ano ſæpe rufescente. *Pedes* ruſo-flavescentes. Minimus eſt noſtratium, & præcedente triplo minor.

TROX.

Palpi quatuor capitati.
Maxilla bifida.
Antennæ clavato-lamellatæ.

1. TROX Sabuloſus *niger, thorace inæquali, elytris lineis quatuor elevatis, faciculato hiſpidis.*

FABR. *Ent. Syſt. 1. p. 86. N:o 2. Trox ſabuloſus.*

LINN. *Syſt. Nat. 12. p. 551. N:o 48. Fn. Sv. N:o 390. Trox ſabuloſus.*

LE GEER *Ins. 4. p. 269. N:o 14. Sc. femoratus.*

HERBST. *Col. 3. 12. 1. t. 21. f. 1. Trox ſabuloſus.*

Habitat in collibus arenoſis, præſertim tempore vernali.

Caput nigrum, punctulatum, clypeo integro, antice rotundato: antennæ baſi piloſæ, clava pallescente. *Thorax* niger, longitudine duplo fere

ferè latior, margine pilis brevibus ciliato, ſupra convexus, punctulatus, foveola dorſali, rugisque plurimis lateralibus impreſsis. *Scutellum* concavum, poſtice rotundatum. *Elytra* nigra, thorace paulo latiora at triplo longiora, valde convexa, lineolis quatuor elevatis faſciculis piloſis, quorum in interſtitiis puncta ſæpe confluentia, ſerie duplice excavata. *Pectus, abdomen* & *pedes* nigri: femora antica valde dilatata, intus ferrugineo-villoſa: tarſi, ut in omnibus hujus generis, quinque articulati. Latitudine eſt Byrrhi pilulæ, ſed paulo brevior.

Obs. Faſciculi piloſi elytrorum facillime deteruntur.

II. TROX Arenarius *thorace inæquali, elytris tuberculis piloſis elevatis, quintuplice ſerie.*

Fabr. *Ent. Syſt. 1. p. 87. N:o 3. Trox arenarius.*

Herbst. *Col. 3. p. 17. N:o 2. t. 21. f. 2. Trox arenarius.*

Habitat in arenoſis primo vere rarius.

Caput nigrum, punctulatum, clypeo antice ſubacuminato; antennæ baſi piloſæ, clava pallescente. *Thorax* niger, ſtatura omnino ut in præcedente, ſed ciliæ paulo longiores. *Scutellum* concavum, ſubacuminatum *Elytra* nigra, thorace paulo latiora at triplo longiora, convexa, ordinibus quinque tuberculorum pilis rigidis cinerascentibus, quos inter puncta obſoletiora duplice ſerie impreſſa. *Pectus, abdomen* & *pedes* nigri: femora antica dilatata, intus ferrugineo-piloſa. Dimidio fere minor eſt præcedente, a quo præſertim dif-

differt tuberculis modo, nullis vero lineis elevatis.

III. TROX Hiſpidus *niger, elytris punctato-ſtriatis, ſtriis omnibus punctis faſciculatis interjectis.*

Herbst. *Col. 3. p. 28. N:o 10. Trox hiſpidus.*

Habitat in arenoſis Sveciæ auſtralis rarius.

Caput nigrum, punctulatum, clypeo integro, rotundato: antennæ baſi piloſæ, clava pallescente. *Thorax* niger, ſtatura præcedentium, ſed ſuperficies minus inæqualis, & margines laterales magis dilatati. *Scutellum* oblongum, apice rotundatum. *Elytra* nigra, thorace vix latiora ſed triplo longiora, convexa, ſtriis novem diſtinctis punctis minutis impreſſis, & inter ſtrias ſingulas, ſeries tuberculorum minutiſſimorum pilis rufeſcentibus. *Pectus, abdomen & pedes* picei, femoribus anticis dilatatis, intus ferrugineo-piloſis. Duplo fere minor eſt præcedente.

OPATRUM.

Palpi antici clavati: clava oblique truncata, poſtici filiformes.

Labium ſubemarginatum.

Antennæ moniliformes, extrorſum craſſiores.

OP. Sabuloſum *nigrum, thorace emarginato, elytris ſtriis tribus elevatis dentatis.*

Fabr. *Ent. Syſt. 1. p. 89. N:o 3. Opatr. Sabuloſum.*

LINN. *Syſt. Nat. 11. p. 572. N:o 17. Fn. Sv. N:o 456 Silpha ſabuloſa.*

HERBST. *Col. 5. p. 214. t. 52. f. 5. Op. ſabuloſum.*

Habitat in ſabuloſis frequens.

Caput nigrum, punctulatum, clypeo emarginato, lineola obſoleta transverſali elevata, fronte tuberculo minuto: antennæ thoracis longitudine. *Thorax* niger, longitudine dimidio latior, ſubtilisſime punctatus, antice poſticeque emarginatus, dorſo convexo, margine laterali depresſo, dilatato, rotundato. *Scutellum* minutum, breve, poſtice rotundatum. *Elytra* nigra, thorace fere anguſtiora at plus duplo longiora, convexa, lineis tribus obſoletis elevatis, tuberculis minutis utrinque adjacentibus, unde dentati apparent. *Pectus, abdomen & pedes* nigri: tarſi, ut in omnibus hujus generis, antici & intermedii quinque-articulati, poſtici vero articulis quatuor. Longitudine Tr. arenarii ſed paulo anguſtius.

II. OP. Gibbum *nigrum, thoracis margine laterali emarginato crenato, angulis ſpinoſis, elytris crenato-ſtriatis.*

FABR. *Ent. Syſt. 1. p. 89. 4. Op. gibbum. ibid. 6. Op. crenatum.*

LINN. *Syſt. Nat. 12. p. 172. 20. Silpha reticulata.*

PANZ. *Naturf. 24. 14. 19. t. 1. fig. 10.*

HERBST. *Col. 5. p. 216. t. 52. f. a. Op. gibbum*

Habitat in boletis haud frequens.

Caput nigrum, punctulatum, clypeo rotundato, margine elevato: antennæ capitis thoracis

qu

Digitized by Google

que longitudine. *Thorax* niger, punctulatus, convexus, longitudine fere latitudinis, antice emarginatus, poſtice integer, angulis omnibus porrectis, acutis, margine laterali crenulato, depreſſo, dilatato, pone medium emarginato. *Scutellum* minutum, ſubtriangulare. *Elytra* nigra, thorace fere triplo longiora, & thoracis antici latitudine, crenato-ſtriata, convexa, poſtice ſubgibboſa. *Pectus*, *abdomen* & *pedes* nigri. Longitudine eſt præcedentis, ſed anguſtius.

III. OP. Tibiale *nigrum, elytris punctatis, ſubrugoſis, tibiis anticis compreſſo-triangularibus.*

FABR. *Ent. Syſt.* 1. *p.* 91. 13. *Op. tibiale.*

HERBST. *Col.* 5. *p* 221. *t.* 52. *f.* 8. *Op. tibiale.*

Habitat ſub lapidibus in Svecia auſtrali.

Caput nigrum, punctulatum, clypeo ſubemarginato: antennæ longitudine thoracis. *Thorax* niger, longitudine dimidio latior, antice poſticeque transverſus, margine laterali ſubrotundato, vix dilatato; ſupra convexus, ſubtiliſſime punctulatus, tuberculis quibusdam obſoletis glabrioribus, unde ſubrugoſus apparet. *Scutellum* minutum, poſtice rotundatum. *Elytra* nigra, thoracis latitudine at plus duplo longiora, convexa, ſubtiliſſime confertiſſime punctulata, variolis quibusdam profundioribus ſubrugoſa. *Pectus* & *abdomen* nigra. *Pedes* picei: tibiæ anticæ baſi bidentatæ, apice compreſſo-triangulares. Op. arenario octuplo eſt minus.

IV. OP. Agricola *nigro-fuſcum, thoracis margine laterali rotundato, crenulato, elytris crenato-ſtriatis.*

Fabr. *Ent. Syſt. 1. p. 91. N:o 14. Op. agricola.*
Herbst. *Col. 4. p. 222. t. 52. f. 9. Op. agricola.*

Habitat in boletis, & ſub cortice putreſcente.

Caput nigro-fuſcum, punctulatum, clypeo ad latera dentato: antennæ rufo-piceæ longitudine thoracis. *Thorax* nigro-fuſcus, longitudine plus quam dimidio latior, ſupra convexus, punctulatus, antice parum emarginatus angulo ſpinoſo, poſtice transverſus, margine laterali rotundato, crenulato, parum dilatato. *Elytra* nigro-fuſca, latitudine thoracis at plusquam duplo longiora, convexa, crenato-ſtriata. *Pectus* & *abdomen* fuſca. *Pedes* rufo-picei. Præcedentis fere longitudine ſed anguſtius, magisque convexum.

SCARITES a).

Palpi ſex filiformes.
Labium corneum dentatum.
Antennæ moniliformes.

I. SC. Arenarius *piceus, pedibus rufis, tibiis anticis palmato-digitatis.*

Fabr. *Ent. Syſt. 1. p. 96. 9. Sc. arenarius.*
Linn.

---

a) Tarſi in omnibus hujus generis quinque articulati.

Linn. *Syſt. Nat. 11. p. 675. 7. Fn. Sv. 817. Tenebr. foſſor.*

Habitat in collibus arenoſis.

Caput piceum, ſubtus magis rufescens: antennæ capite thoraceque paulo breviores, rufæ. *Thorax* piceus, ſubtus dilutior, ſubquadratus, latitudine paulo longior, angulis poſticis rotundatis, dorſo parum convexo, lineola longitudinali impreſſa, oculis vero etiam armatis punctis nullis, ſed rugis paucioribus levioribus. *Scutellum* nullum. *Elytra* picea, a thorace remota, ejusdemque latitudine at duplo longiora, parum convexa, ſtriata, punctis minutisſimis ſtriis impreſſis, punctisque quatuor, paulo profundioribus, discoidalibus, ut in Carabis diverſis, in ſtriam tertiam e margine interiore poſitis. *Pectus* & *abdomen* ruſo-picea. *Pedes* rufi, tibiis anticis compreſſo-dilatatis, palmatis, quinque ſpinoſis. Longitudine Scarab. contaminati ſed duplo anguſtior.

Obs. Atel. fosſor ill. Dom. De Geer mihi vix Scar. arenarius, ſed potius Scar. ſubterraneus Fabr. eſſe videtur; qui vero in patria haud occurrit.

II. SC. Arcticus *ſupra æneus, antennis pedibusque flavis, thorace ſuborbiculato, elytris margine interiore punctato-ſtriatis.*

Habitat in Botnia occidentali & orientali, haud frequens.

Caput ſupra obſcure metallicum, ſubtus nigrum, ore palpisque rufis: antennæ flavo-rufescentes, capite thoraceque paulo breviores. *Thorax* ſuborbiculatus, poſtice anguſtisſimus, ſub-

ſubtus niger, ſupra æneus, nitidus, valde convexus, lævisſimus, lineola obſoleta longitudinali. *Elytra* remota, thorace dimidio latiora, at plus duplo longiora, ænea, nitidisſima, valde convexa, ſtria ſuturali integra punctis minutis impresſis, ſtriisque adhuc binis in medio abbreviatis punctis minutisſimis; ceterum omnino lævisſima. *Pectus* & *abdomen* nigra, nitida, ano rufescente. Præcedente dimidio fere eſt major.

Obs. Variat corpore etiam ſupra nigro-piceo,

III. SC. Gibbus *niger, pedibus antennisque piceis, thorace ſuborbiculato, elytris totis ſtriato-punctatis.*

Fabr. *Ent. Syſt. 1. p. 69. 10. Sc. gibbus.*

Herbst. *Arch. t. 29. f. 17. Sc. thoracicus.*

Habitat in littoribus arenoſis.

Caput nigrum, ore rufescente: antennæ piceæ, thorace vix longiores. *Thorax* niger, ſuborbiculatus, valde convexus, lævisſimus, lineola longitudinali obſoleta impresſa. *Elytra* nigra, remota, thorace paulo latiora at duplo fere longiora, convexa, ſtriato-punctata. *Pectus* & *abdomen* nigra vel picea, nitida. *Pedes* picei: tibiæ anticæ introrſum biſpinoſæ, extrorſum ſpina unica, Variat corpore ſupra æneo, nitido: variat etiam magnitudine, jam Sc. arenario vix dimidio jam duplo minor.

Obs. Differt a Sc. arctico, cujus ſtatura & habitu eſt, magnitudine & elytris totis ſtriato-punctatis.

BLAPS.

BLAPS.

Palpi quatuor clavati.

Maxilla recta, biſida.

Labium membranaceum, ſisſum.

Antennæ apice moniliformes.

1. B. Mortiſaga *nigra, elytris mucronatis, temere punctulatis.*

FABR. *Ent. Syſt. 1. p. 107. 3. Blaps mortiſaga.*

LINN. *Syſt. Nat. 11. p. 676. 15. Fn. Sv. 822. Tenebrio Mortiſagus.*

DE GEER *Ins. 4. p. 31. 1. Tenebr. acuminatus.*

Habitat in quisquiliis & ſuffocatis.

Caput magnum nigrum: frons punctulata: antennæ longitudine capitis thoracisque. *Thorax* niger, longitudine paulo latior, parum convexus, ſubtilisſime punctulatus, antice poſticeque transverſus, ad latera rotundatus. *Scutellum* & *Alæ* nullæ. *Elytra* nigra, connata, parum convexa, thorace triplo longiora & ad baſin ejus latitudine, in medio vero dilatata, poſtice anguſtata, apice porrecto, mucronato: undique ſubtilisſime temere punctulata, ad latera longitudinaliter angulata, magnam partem abdominis amplectentia. *Pectus* & *abdomen* nigra. *Pedes* nigri, longiores, tarſis anticis & intermediis 5-articulatis, poſticis articulis modo quatuor. Scarab. Stercorario longior ſed anguſtior eſt.

Digitized by Google

TENEBRIO.

Palpi quatuor inæquales: antici clavati, poſtici filiformes.

Maxilla bifida.

Labium truncatum integrum.

Antennæ moniliformes.

I. TEN. Curvipes *niger, elytris crenato-ſtriatis, femoribus ſimplicibus, anticis incurvis.*

Fabr. *Ent. Syſt. 1. p. 3. 5. Tenebr. curvipes.*

Habitat in Suecia auſtrali rarius.

Caput nigrum, punctulatum, ore piceo: antennæ thorace vix longiores, piceæ. *Thorax* niger, ſubquadratus, marginatus, ſubdepreſſus, ſubtilisſime punctulatus. *Scutellum* nigrum, minutum, poſtice rotundatum. *Elytra* nigra, thorace vix latiora at triplo longiora, profunde crenato-ſtriata, parum convexa. *Alæ* amplæ, hyalinæ. *Pectus* & *abdomen* nigra. *Pedes* nigri, femora ſimplicia, antica incurva; tibiæ incurvæ, antici baſi faſciculo piloſo flaveſcente: Tarſi, ut in omnibus hujus generis, antici & intermedii 5-articulati, poſtici articulis quatuor. Tenebr. molitoris fere longitudine ſed paulo anguſtior.

II. TEN. Obſcurus *niger, opacus, femoribus anticis clavatis, elytris ſubſtriatis.*

Fabr. *Ent. Syſt. 1. p. 3. 5. Ten. obſcurus.*

Habitat in Suecia auſtrali rarisſime.

Caput nigrum, obſcurum, oculo armato ſubtilisſime punctatum: antennæ capitis thoracisque fere longitudine, ultimo articulo ferrugineo. *Thorax* niger, obſcurus, ſubquadratus,

pa-

parum convexus, ſubtilisſime punctulatus, vix marginatus. *Scutellum* nigrum, minutum, poſtice rotundatum. *Elytra* nigra, opaca, thorace vix latiora at triplo longiora, parum convexa, ſubſtriata, punctis, lente etiam vix conſpicuis, impresſis. *Pectus*, *abdomen* & *pedes* nigro-picei: femora antica clavata haud incurva, tibiis vero curvatis.

Obs. Simillimus eſt ſequenti at ſemper paulo major, opacior, totus niger, elytris minus ſtriatis, multoque rarior: an ſatis diſtinctus?

III. TEN. Molitor *ſupra piceus, ſubtus ferrugineus, femoribus anticis clavatis, elytris ſtriatis.*

Fabr. *Ent. Syſt. 1. p. 3. 6. Ten. molitor.*

Linn. *Syſt. Nat. 12. p. 674. 2. Fn. Sv. 875. Ten. molitor.*

De Geer *Ins. 4. p. 34. 3.*

Habitat in farina piſtorum, pane.

Caput ſupra piceum, punctulatum, ſubtus ferrugineum: antennæ capitis thoracisque haud longitudine, piceo-ferrugineæ. *Thorax* ſubquadratus, ſubtus ferrugineus, ſupra piceus, nitidus, marginatus, ſubtilisſime punctulatus. *Scutellum* minutum, poſtice rotundatum, piceum. *Elytra* picea, nitida, thorace vix latiora, at triplo longiora, convexa, ſtriata punctis minutis, lente vero bene conſpicuis, impresſis. *Pectus* & *abdomen* ferruginea. *Pedes* ferruginei: femora antica clavata, tibiis incurvis, inermibus, intus villis quibusdam flaveſcentibus. Longitudine Scarab. vernalis, at plus quam dimidio anguſtior.

IV. TEN. Culinaris *ferrugineus, elytris crenato-ſtriatis, tibiis anticis intermediisque dilatatis, dentatis.*

Fabr. *Ent. Syſt. 1. p. 113. 16. Ten. culinaris.*
Linn. *Syſt. Nat. 12. p. 675. 5. Fn. Sv. 816. Ten. culinaris.*

Habitat in quisquiliis, inque frumentorum acervis.

Caput ferrugineum, nitidum, ſublilisſime punctulatum: frons ſubimpresſa: oculi nigri: antennæ vix thorace longiores. *Thorax* ferrugineus, nitidus, ſubquadratus, ſubmarginatus, parum convexus, ſubtilisſime punctulatus, antice in medio foveola minuta impresſa. *Scutellum* minutum, ferrugineum, poſtice rotundatum. *Elytra* ferruginea, nitida, crenato-ſtriata, thoracis latitudine, at plus quam duplo longiora. *Pectus, abdomen & pedes* ferruginei: femora clavata: tibiæ anticæ & intermediæ apice dilatatæ, dentatæ. Duplo fere minor præcedente ſæpius eſt.

V. TEN. Pallens *pallide teſtaceus, ſubpubescens, oculis tibiarumque baſi nigris.*

Fabr. *Syſt. Ent. 1. p. 113. 17. Ten. pallens?*

Habitat in Uplandia minus frequens.

Caput pallide teſtaceum, pube rara brevisſima concolore: frons ſubdepresſa, oculo armato punctulata: mandibulæ parum prominentes apice nigræ: oculi nigri: antennæ capitis thoracisque vix longitudine, flavo-fuſcescentes: palpi breviores. *Thorax* longitudine vix dimidio latior, margine undique trans-

ver-

verſo, haud elevato; pallide teſtaceus, ſupra parum convexus, oculo armato ſubtilisſime punctatus, pube rara brevisſima concolore. *Scutellum* concolor, breve, poſtice rotundatum. *Elytra* thorace paulo latiora, at plus duplo longiora, convexa, pallide-teſtacea, thorace tamen paulo ſaturatiora, oculo armato ſubtilisſime temere punctulata, pube brevisſima concolore. *Pectus*, *abdomen* & *pedes* teſtacei: tibiæ inermes baſi nigræ, apice parum dilatatæ. Quadruplo minor eſt præcedente.

Obs. Ad genus Ips appropinquat ſed certe Tenebrio eſt. Tenebrio vero pallens Linnéi ad Hypophlæos eſt amandandus.

Var. β.

Ferrugineus, ſubpubescens, capite fuscescente, oculis, antennis, tibiarumque baſi nigris.

Habitat rarius cum præcedente, quo dimidio fere minor, & mas esſe videtur; ſtatura enim & habitu omnino ſimillimi, ut ſpecie diſtingui haud mereantur.

TRAGOSITA a).

Palpi quatuor æquales: articulo ultimo truncato.
Maxilla unidentata.
Labium corneum bifidum: laciniis rotundatis ciliatis.
Antennæ moniliformes: articulis tribus ultimis crasſioribus ſubcompresſis.

I. TRAG.

a) Omnes ſpecies hujus generis mihi notæ, alatæ ſunt, tarſis anticis & intermediis quinque-articulatis, poſticis vero articulis modo quatuor.

Digitized by Google

I. TRAG. Caraboides *ſupra nigra, ſubtus picea, elytris remotis, ſtriatis, tibiis inermibus.*

Fabr. *Ent. Syſt. 1. p. 115. 2. Trag. caraboides.*

Habitat in ligno antiquo.

Caput magnum, depresſum, punctulatum, ſubtus piceum, ſupra piceo-nigrum: maxillæ prominulæ: antennæ longitudine thoracis. *Thorax* ſubdepresſus, punctulatus, ſupra niger, ſubtus piceus, antice transverſus, pro receptione capitis emarginatus, longitudine haud dimidio latior, poſticè anguſtatus. *Scutellum* minutisſimum. *Elytra* remota, thorace haud latiora at duplo longiora, nigra, ſubdepreſſa, ſtriata, oculo armato punctis minutisſimis ſtriis impresſis, interſtitiis ſtriarum ſubrugoſis. *Pectus* & *abdomen* picea, vel piceo-ferruginea. *Pedes* ferruginei, tibiis inermibus. Scarab. fimetario vix longior, at dimidio anguſtior eſt.

Obs. Synonymia Fabriciana hujus ſpeciei nimis erronea. Tenebrio enim Caraboides Linn. haud rite notus, ſed minime huc ſpectat, & Carab. coadunatus De Geerii, Cychrys roſtratus ſine dubio eſt.

II. TRAG. Thoracica *rufa, thorace ſubquadrato transverſo, elytris nigris, temere punctatis.*

Fabr. *Ent. Syſt. 1. p. 116. 5. Trag. thoracica.*

Habitat in Botnia occidentali & orientali.

Caput rufum, oculo armato ſubtilisſime punctatum: antennæ longitudine thoracis. *Thorax* rufus, parum convexus, ſubquadratus, antice

poſti-

poſticeque transverſus, pro receptione capitis vix emarginatus; oculo armato confertisſime punctulatus. *Scutellum* minutisſimum, rufum. *Elytra* thorace vix latiora, at triplo longiora, parum convexa, nigra, margine exteriore rufescente, oculo armato ſubtilisſime confertisſime temere punctata. *Pectus*, *abdomen* & *pedes* rufi. Longitudine eſt præcedentis ſed paulo anguſtior, convexior.

III. TRAG. Corticalis *ſupra nigra, thorace ovato inæquali piceo, elytris temere punctulatis.*

Habitat ſub cortice betulæ in Nylandia. Dom. PFEIFF.

Caput ſubtus piceum, ſupra magis nigricans; frons punctulata: antennæ nigræ, longitudine thoracis. *Thorax* piceus, nitidus, ovatus, immarginatus, in medio fere latitudine longitudinis, antice poſticeque rotundato-anguſtatus; ſupra crebro punctulatus, ſubconvexus, fosſula in medio & foveola utrinque laterali impresſis. *Elytra* thorace paulo latiora, at plus quam triplo longiora, nigra, nitida, convexa, ſubtilisſime confertisſime temere punctulata. *Pectus*, *abdomen* & *pedes* picei, punctulati. Trag. caraboidi parum latior, at dimidio longior eſt.

OBS. Elytra certo ſitu quaſi obſolete ſtriata videntur.

HE-

Digitized by Google

HELOPS a).

Palpi inæquales: antici ſecuriformes, poſtici clavati.
Labium corneum, integrum.
Antennæ filiformes.

I. HEL. Serratus *niger, elytris ſubcœruleſcentibus, ſtriatis, thorace planiuſculo, foveola utrinque poſtice impreſſa.*

Fabr. *Ent. Syſt. 1. p. 118. 8. Hel. ſerratus.*

Linn. *Syſt. Nat. 11. p. 602. 116. Fn. Sv. 574. Cryſomela caraboides.*

Habitat in Svecia auſtrali.

Caput nigrum, punctulatum: antennæ thorace paulo longiores, ultimo articulo ferrugineo: os ſubferrugineum, palpis porrectis longioribus. *Thorax* niger, longitudine dimidio latior, margine antico rotundato, poſtico transverſo, ſubtrilobo; ſupra planiuſculus, foveola utrinque laterali poſtice impreſſa; undique ſubtiliſſime confertiſſime punctulatus. *Scutellum* nigrum, poſtice rotundatum. *Elytra* nigro-violacea, convexa, thorace antice paulo latiora, ſed plus quam triplo longiora; poſtice vix dilatata; undique ſtriata, interſtitiis ſtriarum, oculo armato, punctis, rugis & pube leviſſima obſitis. *Pectus*, *abdomen* & *pedes* nigri, articulo ultimo tarſorum omnium ferrugineo. Teneb. molitoris ſæpius eſt magnitudine.

Obs. Occurrit etiam dimidio fere minor elytris interdum nigrioribus, cetero ſimillimus: an Hel. barbatus Fabricii?

II. HEL. Canaliculatus *niger, thorace canalicu-*

---

a) Tarſi antici & intermedii in omnibus hujus generis quinque-articulati, poſtici articulis modo quatuor.

Digitized by Google

liculato, utrinque impreſſo, elytris lineatis, poſtice dilatatis.

FABR. *Ent. Syſt. 1. p. 119. 10. Hel. canaliculatus.*

Habitat in Svecia auſtrali rarius.

Caput nigrum, punctulatum: frons lineola longitudinali impreſſa: antennæ capitis thoracisque longitudine, ultimo articulo ferrugineo: os ferrugineum: palpi ferruginei longiores. *Thorax* niger, antice rotundatus, poſtice dilatatus, transverſus, in medio dorſo canaliculatus, & utroque latere profunde impreſſus. *Scutellum* nigrum, rotundatum. *Elytra* nigra, convexa, thorace plus triplo longiora, baſi thorace vero vix latiora, poſtice dilatata, lineis plurimis longitudinalibus, præſertim in medio elevatis, griseo-pubescentibus, quorum interſtitiis, oculo armato, rugis & punctis minutiſſimis confertiſſime impreſſis. *Pectus, abdomen* & *pedes* nigri, tarſis ferrugineis. Individua mediæ magnitudinis præcedentis hic æquat, & illi ſatis affinis, ſed differt thorace canaliculato, elytris poſtice magis dilatatis, &c.

III. HEL. Ater *niger, nitidus, thorace æquali, elytris convexioribus ſtriatis, ore, antennis pedibusque piceis.*

FABR. *Ent. Syſt. 1. p. 121. 21. Hel. ater.*

DE GEER *Ins. 4. p. 25. 4. t. 1. f. 23. Pyrochroa nigra.*

Habitat in foliis alni rarius: ad inſulam Muskön Sudermanniæ ſemel plures reperi menſe Auguſti.

Ca-

Digitized by Google

Caput nigrum, nitidum, deflexum, minutum, punctulatum: os palpique ferrugineo-picei: antennæ piceæ, capite thoraceque longiores. *Thorax* niger, nitidus, deflexus, punctulatus, ſupra convexus, immarginatus: antice rotundatus, poſtice transverſus, valde dilatatus, ut longitudine plus duplo ſit latior. *Scutellum* nigrum, ſubtriangulare. *Elytra* nigra, nitida, thoracis latitudine, at quadruplo longiora, valde convexa, ſtriata, interſtitiis ſtriarum ſubtilisſime punctulatis. *Pectus* & *abdomen* nigra. *Pedes* picei, tarſis ferrugineis. Latior ſed brevior eſt præcedentibus, magisque convexus.

Obs. Oculo armato pilis brevisſimis cinerascentibus adſperſus videtur.

IV. HEL. Quisquilius *niger, glaber, antennis pedibusque piceo-ferrugineis, thorace transverſo, elytris lævibus.*

Fabr. *Ent. Syſt. 1. p. 122. 26. Hel. quisquilius.*

Linn. *Syſt. Nat. 11. p. 676. 13. Fn. Sv. 821. Tenebrio quisquilius.*

Habitat pasſim minus frequens.

Caput nigrum, læve, oculo acute armato ſubtilisſime punctulatum: antennæ capitis thoracisque longitudine piceo-ferrugineæ. *Thorax* niger, longitudine haud duplo latior, convexus, antice poſticeque transverſus, margine laterali ſemiorbiculato, oculo acute armato ſubtilisſime punctatus. *Scutellum* nigrum, triangulare. *Elytra* thoracis vix latitudine at duplo longiora, nigra, convexa,

lævia,

lævia, oculo acute armato ſubtilisſime temere punctulata. *Alæ* longiores, albidæ. *Pectus* & *abdomen* nigra. *Pedes* piceo-ferruginei. Quadruplo ſæpius minor eſt præcedente.

Obs. Sub nomine Bl. glabræ mihi e Germania misſus.

CYCHRYS a).

Palpi 6 inæquales, antici articulo apicis compresſo, ovato-lanceolato; poſtici ſpinoſi.
Maxilla cornea integra, arcuata, acuta, ſpinoſa.
Labium trifidum.
Antennæ ſetaceæ.

I. CYCHR. Roſtratus *apterus, niger, elytris punctis minutisſimis elevatis.*

Habitat in quisquiliis haud frequens.

Fabr. *Ent. Syſt. 4. app. 440. 1. C. roſtratus.*
Linn. *Syſt. Nat. 11. p. 677. Fn. Sv. 823. T. roſtratus.*
De Geer *Jns. 4. p. 92. 7. Car. Coadunatus.*
Payk. *Mon. Car. 14. Car. Roſtratus.*

Palpi 6 inæquales; *anteriores* maxillæ dorſo adnati, biarticulati, articulo baſeos anguſtiore, obconico, ſecundo magno, compresſo, ovato-lanceolato, apice ſubincurvo maxillam totam obtegente; *intermedii* baſi anteriorum adnati, 4 articulati, articulo baſeos brevisſimo, ſecundo longisſimo, cylindrico, extrorſum crasſiore, tertio breviore obconico, 4:to crasſiore obconico, apice oblique truncato; *poſtici* ſub baſi labii inſerti, approximati, intermediis vix breviores, 4 articulati, articulo primo brevi crasſo, cylindrico, 2:do anguſtiore, brevisſimo, tertio longisſimo cylindrico, extrorſum paullo crasſiore, ſpinis plurimis elongatis tenuioribus, 4:to crasſo, obconico, apice truncato. *Mandibula* cornea, arcuata, acuta, ciliata, apice biden-

a) Character genericus D. Fabricii omnino mutandus.

Digitized by Google

dentata. *Maxilla* cornea, integerrima, ſub palpis anticis occultata, apice arcuata, acutisſima, intus ciliata, ſpinis plurimis tenuibus retrorſum ſubarcuatis. *Labium* brevisſimum, trifidum, lacinia media minuta, cornea, cylindrica, obtuſiuſcula, lateralibus membranaceis, elongatis, acutis.

Caput nigrum, elongatum, thorace dimidio anguſtius. *Thorax* niger, ſubovatus, marginatus, convexus, truncatus, ſubtilisſime punctatus, elytrorum vix dimidia latitudine; poſtice dorſo ſubretuſus. *Elytra* nigra, connata, valde convexa, deflexa, magnam partem abdominis ſubtus amplectentia, undique punctis minutisſimis confertisſimis elevatis. *Pectus*, *abdomen* & *pedes* nigri, tarſis 5 articulatis. Longitudine Car. Convexi, ſed capite thoraceque multo anguſtiore.

CARABUS.

Palpi ſex: articulo ultimo obtuſo, truncato.
Labium integrum, truncatum.
Antennæ filiformes.

FAMILIA PRIMA.

APTERI *a)*

Sectio prima thorace poſtice emarginato.

I. CAR. Coriaceus *niger, elytris opacis, punctis intricatis ſubrugoſis.*
FABR. *Ent. Syſt. 1. p. 125. 3. Car. coriaceus.*
LINN. *Syſt. Nat. 11. p. 668. 1. Car. coriaceus.*
PAYK. *Mon. carab. 1. Car. coriaceus.*
DE GEER *Ins. 4. p. 90. 4. Car. coriaceus.*

Ha-

a) Species nonnullæ jam apteræ jam alatæ occurrunt; ſed paucisſimæ, ſemperque annotatæ. Ad Carabos vero alatos has omnes retuli, quia individua earum perfectiora huc pertinent,

Digitized by Google

Habitat in putridis & ſub lapidibus Scaniæ rarius.

Caput nigrum, eroſum; mandibulæ longiores denticulatæ: antennæ apice fuscescentes. *Thorax* niger, opacus, lineola longitudinali punctisque lævioribus, obcordatus, antice truncatus, poſtice emarginatus. *Elytra* nigra, opaca, convexa, thorace duplo latiora, triploque longiora, punctis intricatis, ſubrugoſis. *Pectus* & *abdomen* nigra, nitida. *Pedes* nigri, longiores, nitidi: femora antica ſubclavata: tibiæ omnes apice biſpinoſæ: tarſi, ut in reliquis hujus generis, 5-articulati. Carabos omnes Sveciæ magnitudine ſuperat.

Obs. Fœminæ maresque ſimillimi, tarſi tamen antici maris, ut in omnibus hujus ſectionis, dilatati.

II. CAR. Cyaneus *ſubtus niger, ſupra violaceus, elytris punctis intricatis rugoſis.*

Fabr. *Ent. Syſt. 1. p. 126. 9. Car. cyaneus.*
Linn. *Faun. Sv. 780. Car. intricatus.*
Payk. *Mon. Car. 2. Car. cyaneus.*

Habitat in Svecia auſtrali rariſſime: in Germania magis frequens.

Caput eroſum, poſtice violaceum, antice nigrum: oculi albicantes: antennæ fuscescentes. *Thorax* violaceus, nitidus, ſubtus niger, obcordatus, marginatus, planus, canaliculatus, ſubrugoſus, longitudine latitudinis. *Elytra* thorace triplo longiora & in medio duplo latiora, violacea, nitida, punctis elevatis, elongatis, intricatis, plurimis rugoſis, nigris. *Pectus*, *abdomen* & *pedes* nigri, nitidi.

 Obs.

Obs. Differt a Car. coriaceo magnitudine dimidio minore, colore, thoraceque magis plano, canaliculato: a Car. violaceo, & catenulato differt thorace longiore, & elytris rugoſis, totis, non vero ſolo margine, violaceis.

III. CAR. Violaceus *niger, thoracis elytrorumque marginibus violaceis, elytris ſubpunctatis lævibus.*

Fabr. *Ent. Syſt. 1. p. 125. 5. Car. Violaceus.*

Linn. *Syſt. Nat. 11. p. 669. 8. Fn. Sv. 787. Car. Violaceus.*

Payk. *Mon. Car. 3. Car. Violaceus.*

Schæf. *Icon. t. 3. f. 1.*

Habitat in putridis & ſub lapidibus.

Caput nigrum: antennæ apice fuscescentes. *Thorax* niger, margine violaceo nitido, obcordatus, longitudine latior, ſubtilisſime punctatus, marginatus, lineola longitudinali, antice truncatus, poſtice emarginatus. *Elytra* convexa, nigra, margine violaceo-purpurascente nitido, ſubtilisſime confertisſime temere punctulata, minime vero ſtriata; ſubtus griſeoflavescentia punctis confertisſimis. *Pectus, abdomen* & *pedes* nigri. Magnitudine præcedentis eſt.

IV. CAR. Catenulatus *niger thoracis elytrorumque marginibus violaceis, elytris rugoſe-ſtriatis, punctis triplici ſerie impresſis.*

Fabr. *Ent. Syſt. 1. p. 125. 7. Car. catenulatus,*

Payk. *Mon. Car. 4. Car. purpurascens.*

Schæf. *Icon. t. 88. f. 1.*

Habitat cum præcedenti frequentior.

Ca-

Digitized by Google

Caput nigrum: antennæ apice fuſcescentes. *Thorax* niger, margine acute elevato, violaceo; obcordatus, ſubpunctatus, longitudine latior, lineola longitudinali: dorſo convexo, poſtice retuſo. *Elytra* nigra, margine violaceo-purpurascente, convexa, rugoſe ſedecim-ſtriata, punctisque triplici ſerie impresſis. *Pectus*, *abdomen* & *pedes* nigri, nitidi.

Obs. Magnitudine & habitu præcedentis, ſed differt elytris rugoſe ſtriatis, thoraceque poſtice magis anguſtato.

V. CAR. Glabratus *niger, thorace latiore, elytris lævibus unicoloribus.*

Fabr. *Ent. Syſt. t. 1. p. 125. 4. Car. Glabratus.*

Payk. *Mon. Car. 5. Car. Glabratus.*

Herbst. *Arch. t. 29. f. 2. Car. Convexus.*

Habitat in Finlandiæ & Dalekarliæ locis montoſis.

Caput nigrum: oculi, antennæque apice, fuſcescentes. *Thorax* niger, obcordatus, elytris vix anguſtior, convexus, marginatus, ſubtilisſime punctulatus, angulis poſticis obtuſis, minus quam in Car. catenulato, prominentibus. *Elytra* nigra, margine concolore, convexa, lævia, oculo armato ſubtilisſime rugoſa. *Pectus*, *abdomen* & *pedes* nigri.

Obs. Differt a Car. violaceo, quem magnitudine æquat, thorace latiore, & margine thoracis elytrorumque unicolore.

VI. CAR. Gemmatus *niger, elytris ſtriatis: punctis æneis bilobis triplice ſerie excavatis, margine ſubviolaceo.*

Fabr. *Ent. Syſt. 1. p. 127. 12. Car. gemmatus.*

Payk. *Mon. Car. 6. Car. gemmatus.*

De Geer *Jns. 4. p. 90. 5. t. 3. f. 1. Car. ſtriatus.*

Habitat in putridis minus frequens.

Caput nigrum, ſubrugoſum; antennæ apice fuscescentes. *Thorax* niger, margine ſubvirescente elevato, obcordatus, parum convexus, lineola longitudinali, ſubtilisſime punctatus: angulis poſticis obtuſis, prominentibus. *Elytra* nigra, margine ſubviolaceo, convexa, ſtriata, punctis æneis bilobis, triplice ſerie, excavatis. *Pectus, abdomen* & *pedes* nigri, nitidi. Magnitudine & ſtatura Car. violacei.

VII. CAR. Hortenſis *niger, thorace latiore, elytris ſubrugoſis, margine punctisque triplice ſerie excavatis, æneis.*

Fabr. *Ent. Syſt. 1. p. 127. 13. Car. Hortenſis.*

Linn. *Syſt. Nat. 11. p. 668. 3. Fn. Sv. 783. Car. Hortenſis.*

Payk. *Mon. Car. 7. Car. Hortenſis.*

Schæf. *Jcon. t. 11. f. 2. ſed colore nimis purpurascente picta.*

Habitat in putridis & ſub lapidibus.

Caput nigrum: oculi pupillati: antennæ apice fuscescentes. *Thorax* niger, convexus, lineola longitudinali, obcordatus, latitudine fere baſeos elytrorum, margine parum prominulo æneo purpurascente. *Elytra* nigra, convexa, margine ſubæneo; minime ſtriata, rugis vero vix nudis oculis conſpicuis, punctisque æneis tripli-

ci

Digitized by Google

ci ſerie excavatis. *Pectus*, *abdomen* & *pedes* nigri, nitidi. Latitudine Car. violacei ſed brevior & ſtatura Car. glabrati.

Obs. Variat elytris obſcure æneo-ſubvireſcentibus. Differt a Car. gemmato, cui affinis, latitudine thoracis, & elytris haud ſtriatis.

VIII. CAR. Clathratus *niger, capite thoraceque ſubæneis, elytris æneo-vireſcentibus, quadriſulcatis, interjectis punctis excavatis cupreis.*

Fabr. *Ent. Syſt. p. 197. 26. Car. clathratus.*

Linn. *Syſt. Nat. 11. p. 669. 5. Fn. Sv. 782. Car. clathratus.*

Payk. *Mon. Car. 8. Car. clathratus.*

De Geer *Ins. 4. p. 87. 1. t. 3. f. 12. Car. æneopunctatus.*

Habitat in putridis, & ſub lapidibus, in pratis humidis tempore vernali ſat frequens.

Caput nigrum, nucha ſubænea: oculi pupillati: antennæ apice cineraſcentes. *Thorax* ſubæneus, convexus, marginatus, obcordatus, lineola longitudinali; poſtice vix emarginatus, in angulis vero poſterioribus dorſi profunde retuſus. *Elytra* æneo-ſubvireſcentia, convexa, ſulcis tribus latis longitudinalibus, in quibus puncta oblonga elevata concolora, & inter illos puncta magna excavata, cuprea; in ipſo margine exteriore ſulculus minor, punctaque minora excavata. *Pectus*, *abdomen* & *pedes* nigri, nitidi. Magnitudine Car. violacei.

Var. β.

Niger, elytris quadriſulcatis, punctis obſcure æneis interjectis.

 Ha-

Digitized by Google

Habitat cum præcedente rarius, cui ſimillimus ſed totus fere niger.

IX. CAR. Granulatus *niger, ſupra æneus, elytris tuberculis triplice ordine, ſulcisque elevatis.*

FABR. *Ent. Syſt. 1. p. 130. 28. Car. granulatus.*

LINN. *Syſt. Nat. 2. p. 668. 2. var. γ. Faun. Sv. 781. var. γ. Car. granulatus.*

PAYK. *Mon. Car. 9. Car. granulatus var. α.*

DE GEER *Ins. 4. p. 88. 2. Car. convexo punctatus.*

SCHÆF. *Icon. t. 18. f. 6. t. 156. f. 4. male picta.*

Habitat in putridis ſat frequens.

Caput nigrum, nucha ænea: antennæ primo articulo ſæpe rufo-ferrugineo. *Thorax* ſupra æneus, ſubtus obſcure æneo-niger, obcordatus, ſubtilisſime punctulatus, lineola longitudinali. *Elytra* ænea, thorace latiora: ſulcis tribus elevatis, interjectis tuberculis elongatis triplici ſerie; margine exteriore punctulato, paulo dilatato. *Alarum* rudimenta paulo quam in reliquis hujus familiæ majora, ſed tamen ad volandum minime idonea. *Pectus* & *abdomen* nigra. *Pedes* nigri, femoribus ſæpe ferrugineis. Precedente ſæpius eſt minor.

Var. β. niger elytris ſubvirescentibus.

LINN. *Syſt. Nat. 2. p. 668. 2. Faun. Sv. 781. Car. granulatus var. β.*

PAYK. *Mon. Car. 9. Car. granulatus var. β.*

Var. γ. totus niger.

LINN. *Syſt. Nat. 2. p. 668. 2. Faun. Sv. 781. Car. Granulatus var. α.*

PAYK.

Digitized by Google

Payk. *Mon. Car. 9. Car. granulatus var. γ.*
Varietates hæ, var. α. omnino, colore excepto, ſimillimæ, ſimulque cohabitant; ſed minime variationes ſexuales ſunt, quia individua tarſis anticis dilatatis in omnibus occurrunt.

X. CAR. Arvenſis *niger, ſupra æneus, elytris ſtriatis, tuberculis elevatis elongatis triplici ordine.*

Fabr. *Ent. Syſt. 1. p. 128. 17. Car. arvenſis.*

Payk. *Mon. Car. 10. Car. arvenſis var. α.*

Habitat in Svecia auſtrali rarius.

Caput ſupra æneum, ſubtus nigrum; antennæ, palpi, maxillæque nigræ. *Thorax* ſupra æneus, ſubtus obſcure æneo-niger, obcordatus, ſubmarginatus, lineola longitudinali. *Elytra* ænea, ſtriata, punctis & rugis crebro impreſſis, tuberculisque oblongis triplici ordine elevatis. *Pectus, abdomen & pedes* nigri. Præcedente paulo eſt minor.

Var. β. niger, ſupra ſubviolaceus.

Habitat cum var. α. cui ſimillimus.

Obs. Differt a Car. granulato quod minor, & elytris ſtriatis, ſulcis nullis elevatis. Puncta elytrorum elevata non vero excavata ut in Ent. Syſt. Dom. Fabricii forſan perperam impreſſum eſt.

XI. CAR. Auratus *ſupra viride-æneus, elytris obtuſe ſulcatis, impunctatis, antennis pedibusque rufis.*

Fabr. *Ent. Syſt. 1. p. 129. 22. Car. auratus.*

Linn. *Syſt. Nat. 11. p. 669. 7. Faun. Sv. 786. Car. auratus.*

Payk. *Mon. Car. 11. Car. auratus.*

De Geer *Jns. 4. p. 104. 1. t. 17. f. 20. Car. ſulcatus.*

Habitat in humidis & ſub lapidibus, apud nos rarisſime, in Gallia frequens.

Caput ſubtus nigricans, ſupra viridi-æneum: maxillæ nigræ: palpi ruſi, ultimo articulo brunneo: antennæ ruſæ, apice cinerascentes. *Thorax* viridi-æneus, nitidus, ſubtus obſcurior; obcordatus, parum marginatus, lineola longitudinali. *Elytra* viridi-ænea, nitida, convexa, obtuſe ſulcata, impunctata. *Pectus* nigrum, antice ſubvirescens. *Abdomen* nigrum. *Pedes* ruſo-brunnei, interdum nigricantes. Magnitudine Car. violacei eſt.

XII. CAR. Nitens *elytris viridi-æneis, ſcabriusculis: ſulcis quatuor elevatis nigris; margine, thorace capiteque ſupra aureis.*

Fabr. *Ent. Syſt. 1. p. 131. 30. Car. nitens.*

Linn. *Syſt. Nat. p. 669. 6. Fn. Sv. 785. Car. nitens β.*

Payk. *Mon. Car. 12. Car. nitens.*

De Geer *Jns. 4. p. 91. 6. Car. aureus.*

Habitat ſub lapidibus minus frequens

Caput ſubtus nigro æneum, nucha aurea: mandibulæ palpique nigri: oculi pupillati: antennæ nigræ, extrorſum parum fuscescentes. *Thorax* ſupra aureus, lateribus rotundatis, convexus, marginatus, punctulatus, lineola longitudinali; ſubtus obſcure nigro-æneus. *Elytra* convexa, viridi-ænea, nitida, ſcabriuscula, ſulcis quatuor elevatis nigris; tribus exterioribus

ribus poſtice interruptis: margo exterior elevatus, dilatatus, aureo-nitidus. *Pectus, abdomen* & *pedes* nigri, nitidi.

Obs. Differt a Car. aurato magnitudine dimidio minori, colore, elytris ſcabriuſculis, & lateribus thoracis magis rotundatis. Var. α ill. a Linné, ſulcis elevatis cœruleis, corpore viridi, pedibus antennisque ferrugineis, mihi nunquam viſa eſt.

XIII. CAR. Convexus *niger, thoracis lateribus rotundatis, elytris convexis, ſubtilisſime punctato-ſtriatis, margine exteriore ſubviolaceo.*

Fabr. *Ent. Syſt. 1. p. 129. 21. Car. convexus.*
Payk. *Mon. Car. 13. Car. convexus.*
Schæf. *Icon. t. 3. f. 2.*

Habitat in Svecia auſtrali rarius.

Caput nigrum: oculi albicantes. *Thorax* totus niger, convexus, ſubtilisſime punctatus, lateribus rotundatis. *Elytra* nigra, convexa, ſubtilisſime punctato-ſtriata, punctisque reliquis paulo profundioribus, a ſe invicem magis diſtantibus, triplici ſerie impresſis: ſummo margine exteriore ſubviolaceo nitido. *Pectus, abdomen* & *pedes* nigri. Car. violaceo dimidio eſt minor.

Obs. Differt a Car. violaceo & catenulato magnitudine, thoraceque unicolore lateribus rotundatis. A Car. glabrato differt magnitudine, thoracis lateribus rotundioribus, elytrisque punctato-ſtriatis, ſubviolaceo marginatis.

Sectio Secunda, thorace poſtice truncato.

XIV. CAR. Madidus *ſupra niger, ſubtus rufus,*

Digitized by Google

ſus, abdomine brevi, thorace poſtice utrinque impreſſo, elytris diſco impunctato.

FABR. *Ent. Syſt. 1. p. 135. 48. Car. madidus, at minime alatus.*

PAYK. *Mon. Car. 15. Car. madidus.*

Habitat apud nos rarius.

Caput magnum, obſcure rufum, nucha nigra: mandibulæ breviores, nigræ, apice fuscescentes. *Thorax* ſubtus obſcure rufus, ſupra niger, nitidus, marginatus, lineola longitudinali; antice latitudine fere elytrorum, angulis acutis, poſtice anguſtatus, utrinque impreſſus. *Elytra* connata, nigra, nitida, capite thoraceque vix longiora, valde convexa, leviter decemſtriata punctis discoidalibus nullis. *Pectus* nigrum, nitidum. *Abdomen* breve, obſcure rufum, nitidum. *Pedes* breviores, rufi, nitidi. Interdum longitudine eſt Car. nitentis ſed anguſtior.

OBS. Mares, fœminis ſimillimi ſed minores, tarſisque anticis dilatatis. Differt a ſequenti colore, elytris leviter ſtriatis diſco impunctato, corpore magis convexo, abdomine breviore, thoraceque utrinque impreſſione unica.

XV. CAR. Leucophtalmus *niger, thorace poſtice utrinque biſtriato, elytris ſtriatis, diſco quadripunctato.*

FABR. *Ent. Syſt. 1. p. 132. 36. Car. leucophtalmus.*

LINN. *Syſt. Nat. 11. p. 668. 4. Fn. Sv. 784 Car. leucophtalmus.*

PAYK. *Mon. 16. Car. leucophtalmus.*

Habitat in putridis & ſub lapidibus frequens.

Ca-

Caput nigrum, nitidum; antennæ apice fuſceſcentes. *Thorax* niger, nitidus, convexus, marginatus, lateribus ſemirotundatis; antice latitudine fere elytrorum: poſtice anguſtior, utroque angulo biſtriato. *Elytra* nigra, thorace opaciora, capite thoraceque longiora, ſubconvexa, decemſtriata, ſtriis profundioribus; in ſtria ſecunda a ſutura utrinque puncta bina excavata, vix nudis oculis conſpicua, quorum alterum fere in medio, alterum apici propius. *Pectus* nigrum, nitidum. *Abdomen* dimidio corpore longius, nigrum, nitidum. *Pedes* nigri. Latitudine præcedentis ſed paulo longior eſt.

XVI. CAR. Terricola *niger, abdomine longiore, elytris ſubviolaceis, ſtriatis, disco impunctato, thorace obcordato, utrinque poſtice ſubretuſo.*

FABR. *Ent. Syſt. p. 135. 49. Car. terricola?*
PAYK. *Mon. Car. 17. Car. terricola.*

Habitat in Svecia auſtrali rarius.

Caput nigrum, nitidum; palpi antennæque fuceſcentes; mandibulæ longiores. *Thorax* niger, nitidus, obcordatus, lineola longitudinali, poſtice utrinque dorſo ſubretuſus. *Pectus* & *abdomen* nigra. *Femora* & *tibiæ* nigra, tarſis fuscescentibus. Præcedentis magnitudine eſt.

OBS. Differt a Car. madido colore elytrorum, thorace obcordato, & abdomine longiore: a Car. leucopthalmo thorace magis cordato, & elytris ſubviolaceis punctis discoidalibus nullis. Unicum vidi elytris livido-violaceis; an nuper e nympha fuit declaratus?

XVII.

XVII. CAR. Lepidus *viridi-æneus, nitens, thorace poſtice utrinque biſtriato, lateribus ſemirotundatis; elytris ſtriatis, utrinque diſco tripunctatis.*

FABR. *Ent. Syſt. p. 153. 124. Car. lepidus, ſed apterus punctis discojdalibus.*

PAYK. *Mon. Car. 18. Car. lepidus.*

Habitat ſub lapidibus in locis ſiccis.

Caput viridi-æneum ſubtus obſcurius: mandibulæ, palpi oculique nigri: antennæ nigræ, baſi ſetis quibusdam longioribus. *Thorax* viride-æneus, convexus, ſubmarginatus, antice latitudine fere elytrorum, poſtice paulo anguſtior, in angulo utrinque profunde biſtriatus, linea longitudinali leviore. *Elytra* viridi-ænea, leviter ſtriata: in ſtria tertia a margine interiore puncta tria excavata minutisſima, quorum primum fere ad baſin, ſecundum in medio, tertium ad apicem, non vero in ipſo apice, ſpatio ſubæquali diſtantia. *Pectus, abdomen* & *femora* obſcure viridi-ænea. *Tibiæ* nigræ, rarius rufescentes. *Tarſi* nigri. *Car.* leucophthalmo minor eſt, ſed habitus & ſtatura eadem.

OBS. Colorem jam magis jam minus cupreum induit. Differt a Car. cupreo cui ſimilis, quod ille alatus, brevior, & in diſco poſtico elytrorum utrinque quadripunctatus.

XVIII. CAR. Depresſus *niger, depresſus, thorace punctulato, elytris ſubtilisſime punctato ſtriatis.*

FABR. *Ent. Syſt. 1. p. 150. 114. Car. punctulatus.*

PAYK. *Mon. Car. 19. Car. depresſus.*

Ha-

Habitat apud nos rarius.

Caput nigrum, læve; oculi pupillati. *Thorax* niger, ſubdepresſus, marginatus, in medio latitudine fere elytrorum, antice poſticeque paulo anguſtior; undique ſubtilisſime confertisſime punctatus, absque ullis punctis majoribus excavatis, in angulis poſterioribus. *Elytra* nigra, ſubdepresſa, baſi parum retuſa, undique ſubtilisſime punctato-ſtriata, interſtitiis ſtriarum etiam confertisſime punctulatis, & intra ſtriam primam & ſecundam margine exteriore puncta quædam paulo majora. *Pectus, abdomen* & *pedes* nigri, nitidi. Paulo minor eſt præcedente.

Obs. Ab omnibus Carabis noſtratibus nigris hujus familiæ optime diſtingvitur corpore ſubdepresſo, thoraceque lateribus ſubrotundatis, ſine ullis punctis majoribus excavatis in angulis poſterioribus. Nescio, qua ratione dum jam a me deſcriptus eſſet, alio nomine a Dom. Fabricio notatus, præſertim cum etiam ill. ille auctor ſub nomine Car. punctulati Carabum plane diverſum in Ent. Syſt. ſub N:o 120 deſcripſerit.

XIX. CAR. Melanocephalus *niger, thorace flavo rufo, ſubquadrato, elytris arcte juncto; pedibus rufo-flavis.*

Fabr. *Ent. Syſt. 1. p. 159. 153. Car. Melanocephalus.*

Linn. *Syſt. Nat. 11. p. 671. 22. Fn. Sv. 795. Car. melanocephalus.*

Payk. *Mon. Car. 20. Car. melanocephalus.*

De Geer *Ins. 4. 93. 8. Car. melanocephalus β.*

Habitat ſub lapidibus & in putridis frequens.

Caput ſupra nigrum, nitidum, ſubtus rufum; an-

antennæ palpique rufescentes. *Thorax* lævis, rufo-flavus, ſubquadratus, latitudine elytrorum iisdemque arcte junctus, lineola leviſſima longitudinali, punctoque utrinque poſtice impreſſo. *Elytra* nigra, ſubſtriata; in ſtria ſecunda vel tertia a margine interiore puncta quædam minutiſſima (ut in Car. Leucophtalmo & C. Lepido); margo exterior punctulatus, & baſi, ubi abdomen amplectitur, rufo-flavus. *Pectus* rufum. *Abdomen* nigrum. *Pedes* longiores, rufo-flavi. Car. lepido duplo eſt minor.

Var. β. niger, antennis, palpis, pedibusque flavo-rufis.

De Geer *Ins. 4. p. 93. 3. Car. melanocephalus var. α.*

Habitat cum præcedente cui habitu, magnitudine & ſtatura ſimillimus.

XX. CAR. Flavipes *niger, ſubtus piceus, pedibus rufis, thorace ſubquadrato, elytris ſtriis novem; quatuor-punctatis.*

Payk. *Mon. Car. 21. Car. Flavipes.*

Geofr. *Ins. 1. p. 161. 39. le Bupreſte noir à pattes brunes.*

Habitat ſub foliis ſiccis rarius.

Caput ſupra nigrum, nitidum, ſubtus piceum: antennæ fuscescentes, baſi rufæ, dimidio corpore paulo longiores. *Thorax* niger, ſubquadratus, elytrorum latitudine iisdemque arcte junctus, lineola leviſſima longitudinali. *Elytra* nigra, convexa, novemſtriata; in ſtria ſecunda, tertia, quinta & octava, puncta minu-

nutisſima excavata, reliquæ impunctatæ. *Pectus* & *abdomen* obſcure picea. *Pedes* flavo-rufi.

Obs. Differt a Car. melanocephalo, cui habitu & ſtatura ſimilis, magnitudine duplo majori, & elytris quatuor ſtriis punctatis. Varietas in Mon. Car. deſcripta, elytris levioribus vix punctatis, minime ad hunc ſed ad Car. ambiguum pertinet, qui jam alatus jam apterus eſt, elytris opacioribus, punctis modo utrinque duobus vel tribus discoidalibus.

XXI. CAR. Tæniatus *thorace anguſtiore ſubcordato, gibbo, ſupra nigro, antennis pedibusque lividis, elytris piceo-lividis crenatis.*

Payk. *Mon. Curcul. Ap. p. 148. Car. Tæniatus.*

Habitat in Weſtrogothia, Dom. Gyllenhal.

Caput ſupra nigrum, nitidum, ſubtus rufeſcens; palpi lividi; antennæ dimidio corpore longiores, lividæ, pilis paucioribus, brevisſimis; oculi fusci parum prominuli. *Thorax* ſubtus piceus, ſupra niger, marginatus, ſubcordatus, valde convexus, latitudine dimidio longior, lineola longitudinali dorſali, punctis vero ordinariis poſticis nullis. *Elytra* thorace duplo longiora & latiora, livido-picea, convexa, profunde crenato-ſtriata, punctis discoidalibus vix ullis. *Pectus* & *abdomen* rufeſcentia. *Pedes* lividi. Magnitudine Car. praſini eſt.

Obs. Thorace ſuo anguſto & elytris crenato-ſtriatis bene a reliquis hujus familiæ diſtingvitur.

XXII. CAR. Truncatellus *ſupra obſcure ſub-æneus, ſubtus niger, elytris læviſſimis, oblique truncatis, abdomine brevioribus.*

Fabr. *Ent. Syſt. 1. p. 168. 194. Car. truncatellus.*

Linn. *Syſt. Nat. 11. 672. 43. Fn. Sv. 814 Car. truncatellus.*

Payk. *Mon. 61. Car. truncatellus.*

Habitat in apricis primo vere.

Caput nigrum, nucha obſcure ſubænea, thoracis fere latitudine. *Thorax* obſcure ſubæneus, marginatus, antice paulo latior, poſtice utrinque ſubimpreſſus. *Elytra* obſcure ſubænea, læviſſima, anteriore parte thoracis vix latiora, abdomine breviora, poſtice oblique truncata, angulo exteriore obtuſo. *Pectus, abdomen* & *pedes* nigri. Inter minimos hujus generis eſt, ſeu præcedente triplo minor.

FAMILIA SECUNDA.

ALATI.

Sectio prima, thorace obcordato.

XXIII. CAR. Spiniger *lævis, niger, ſubtus piceus, elytris obſolete novem-ſtriatis, femoribus poſticis baſi appendiculo ſpinoſo.*

Fabr. *Ent. Syſt. 1. p. 133. 47. Car. planus.*

Payk. *Mon. Car. 25. Car. ſpiniger.*

Habitat ſub lapidibus minus frequens.

Caput nigrum, elongatum, inter oculos biſulcatum; mandibulæ longiores; palpi picei; an-

antennæ apice fuſcescentes; oculi pupillati. *Thorax* niger, convexus, marginatus, impunctatus, lineola longitudinali leviori, dorſo poſtice in angulis ſubretuſo, non vero ſtriato. *Elytra* thorace latiora, nigra, convexa, læviora, ſtriis novem fere obſoletis; in ſtria ſecunda a margine exteriore puncta paulo majora, excavata, in reliquis vero minutisſima nudis oculis inconſpicua. *Alæ* amplisſimæ, albohyalinæ, nervis ferrugineis. *Pectus*, *abdomen* & *pedes* picei; femora poſtica baſi appendiculo ſpinoſo, longitudine fere dimidii femoris. Longitudine eſt Car. violacei ſed anguſtior.

Obs. Differt ab omnibus Carabis nigris hujus familiæ appendiculo ſpinoſo in femoribus poſterioribus, cum reliquæ ſpecies appendiculo truncato gaudent.

XXIV. CAR. Striatus *niger, thorace poſtice foveola biloba, elytris profunde novem-ſtriatis, punctis tribus discoidalibus.*

Fabr. *Ent. Syſt. 1. p. 158. 140. Car. nigrita?*
De Geer. *Ins. 4. 96. 12. Car. nigro-ſtriatus.*
Payk. *Mon. Car. 26. Car. nigro-ſtriatus.*

Habitat in putridis & ſub lapidibus frequens.

Caput nigrum; mandibulæ palpique picei; antennæ apice fuſcescentes; oculi pupillati. *Thorax* niger, nitidus, marginatus, parum convexus, lineola longitudinali profundiori, foveolaque biloba in angulo poſteriore utrinque excavata. *Elytra* nigra, convexa, marginata, profunde novem-ſtriata; punctis tribus minutisſimis in ſtria tertia a margine interiore,

 quo-

quorum primum ad baſin, ſecundum in medio & tertium apice propius eſt. *Alæ* albo-hyalinæ nervis flaveſcentibus. *Pectus*, *abdomen* & *pedes* nigri, nitidi. Præcedente paulo eſt minor.

Obs. Differt a Car. leucophthalmo magnitudine majori, alis, thorace cordato, & elytris utrinque disco tripunctato; a Car. Nigrita magnitudine duplo majore & thorace cordato.

XXV. CAR. Flavicornis *niger, elytris ſubſtriatis impunctatis, margine thoracis, antennis pedibusque rufo pallidis.*

Fabr. *Ent. Syſt. 1. p. 134. 45. Car. flavicornis.*

Payk. *Mon. Car. 27. Car. flavicornis.*

Habitat in Svecia auſtrali rarius.

Caput nigrum, punctis duobus frontalibus ferrugineis: mandibulæ ferrugineæ; palpi antennæque pallidiores, pilis quibusdam longioribus: oculi albicantes. *Thorax* niger, ſubdepreſſus, ſubtiliſſime rugoſus, lineola longitudinali impreſſa, margine rufescente elevato. *Elytra* nigra, ſubſtriata, impunctata, in mare antice ad ſuturam rufescentia. *Alæ* albo-hyalinæ nervis flaveſcentibus. *Pectus* & *abdomen* nigra, ano rufescente. *Pedes* pallide rufi. Magnitudine eſt Car. Leucophthalmi.

Obs. Car. ſpinigero affinis ſed plus quam dimidio minor, nec femora poſtica ſpinigera.

XXVI. CAR. Sabuloſus *niger, thorace, limbo elytrorum, pedibusque pallidis.*

Fabr. *Ent. Syſt. 1. p. 133. 40. Car. ſabuloſus. 41. Car. lateralis.*

Fabr.

Linn. *Syſt. Nat. 11. p. 670. 15. Fn. Sv. 791. Car. lividus.*

Habitat in Wermelandia rarius.

Caput nigrum, fronte ſubrugoſo, utrinque impreſſo; mandibulæ ferrugineæ; antennæ palpique pallide flavi; oculi prominuli. *Thorax* pallidus, brevis, convexus, impunctatus, marginatus, ſubtus in medio, cum margine ſummo antico & poſtico niger. *Elytra* anteriori parte thoracis non multo latiora, ſubtilisſime ſtriato-punctata, punctis quibusdam discoidalibus paulo profundioribus; ſubconvexa, margine exteriore & poſteriore pallide flavo, in altero ſexu limbo latiore. *Pectus* obſcure ferrugineum. *Abdomen* nigrum, nitidum. *Pedes* pallide flavi: femora baſi ferruginea, interdum undique fuscescentia. Paulo minor eſt præcedenti.

XXVII. CAR. Multipunctatus *obſcure ſubæneus, elytris punctis vagis plurimis profunde impresſis.*

Fabr. *Ent. Syſt. 1. p. 138. 59. Car. multipunctatus.*

Linn. *Syſt. Nat. 11. p. 672. 32. Fn. Sv. 805. Car. multipunctatus.*

Payk. *Mon. Car. 29. Car. multipunctatus.*

Habitat ſub lapidibus in pratis humidis, tempore vernali frequens.

Caput obſcure ſubæneum; frons lineola longitudinali utrinque impresſa; mandibulæ, antennæ, palpique nigri. *Thorax* obſcure ſubæneus, margine nitidiore, lineola longitudinali anguloque utrinque poſteriore dorſi, excava-

tis. *Elytra* obſcure-ænea, margine exteriore nitido; convexa, punctis plurimis majoribus in disco profunde impresſis. *Alæ* amplæ, albo-hyalinæ, corpore longiores, ſummo margine anteriore exteriore rufescente. *Pectus*, *abdomen* & femora obſcure ſubænea. *Tibiæ* & *tarſi* magis nigricantes.

XXVIII. CAR. Borealis *ſupra obſcure æneus, elytris duplice ſerie profunde punctatis, margine ſummo pedibusque rufis.*

PAYK. *Mon. Car. 30. Car. borealis.*

Habitat ſub lapidibus in Botnia occidentali minus frequens.

Caput nigrum, nucha obſcure ſubænea; oculi minuti; mandibulæ palpique nigri; antennæ apice fuscescentes. *Thorax* brevis, obſcure ſubæneus, marginatus, lineola lævisſima longitudinali; punctoque profunde excavato utrinque in angulo poſteriore. *Elytra* thorace latiora, obſcure ſubænea, ſubſtriata; punctis plurimis majoribus discoidalibus duplice ſerie, exteriori abbreviata, impresſis, margine nitidiore; ſummo margine, abdomen amplectente, rufo. *Pectus* & *abdomen* nigra. *Pedes* rufi, tarſis obſcurioribus, geniculis nigris.

OBS. Habitu & ſtatura præcedentis ſed differt magnitudine paulo minore, colore, & elytris regulariter punctatis.

Var. β. Supra obſcure ſubæneus, ſubtus, margine ſummo elytrorum, pedibusque nigris.

Magnitudine, habitu, & habitatione omnino præcedenti ſimillima.

Digitized by Google

XXIX. CAR. Nivalis *niger, femoribus rufis, elytris punctato-ſtriatis, punctis diſcoidalibus majoribus, marginalibus nullis.*

PAYK. *Mon. Car. 31. Car. nivalis.*

Habitat in ſummis alpibus Lapponiæ Lulenſis, in ipſa nive curſitans.

Caput nigrum; antennæ apice fuſcescentes. *Thorax* niger, brevis, vix longitudine capitis, convexus, acute marginatus, poſtice impunctatus. *Elytra* nigra, thorace latiora, capite thoraceque duplo longiora, ſtriata, ſubtiliſſime in ſtriis punctata; punctis tribus vel quatuor paulo majoribus in ſtria tertia a margine interiore, margine exteriore impunctato. *Pectus, abdomen* & *pedes* nigri, femoribus rufis. Car. ſabuloſo fere duplo eſt minor.

Var. β. niger, femoribus concoloribus, tarſis fuſco-rufeſcentibus.

PAYK. *Mon. Curc. app. p. 149. 31. Car. Nivalis var. β.*

Habitat in alpibus Lapp. Tornoënſ. Dom. QUENSEL.

OBS. Varietati antea deſcriptæ, habitu, magnitudine & ſtatura ſimillimus. Alium Carabum huic valde ſimilem ex Etruria mihi miſit Cel. Dom. ROSSI, quem ſub nomine Car. infidi deſignavit, nec a noſtro differt niſi magnitudine dimidio majore & antennis pilis longioribus hirtis, cum in noſtro vix pili breviores obſervantur. Locum vero natalem ſi reſpiciamus, omnino diverſos eſſe credo.

XXX. CAR. Asſimilis *niger, thorace capite longiore, poſtice impunctato, elytris ſtriatis, margine punctato.*

Payk. *Mon. Car. 32. Car. asſimilis.*

Habitat in Scania, Dom. Quensel.

Caput nigrum. *Thorax* niger, capite longior, antice non vero poſtice latior, convexus, margine acute elevato, ſæpius ſubcoeruleſcente; angulis poſticis impunctatis. *Elytra* nigra, capite thòraceque longiora, ſtriata, margine exteriore punctulato, apice ſinuato: punctis utrinque tribus minutisſimis in ſtria tertia a margine interiore. *Alæ* albo-hyalinæ. *Pectus* & *abdomen* nigra. *Pedes* nigri vel obſcure picei.

Obs. Magnitudine præcedentis, cui habitu & ſtatura ſimillimus, ut diu hæſerim utrum varietas vel ſpecies diſtincta esſet: ſed loco natali omnino differunt, nec in illo thorax longitudine capitis, & margo elytrorum punctatus: Differt a Car. ſtriato magnitudine duplo minori, & thorace poſtice haud foveolato.

XXXI. CAR. Puncticollis *ſubtus rufus, ſupra niger, thorace punctatisſimo, elytris ſtriis levibus, interſtitiis punctatis.*

Habitat in Kinnakulle Weſtrogothiæ ſub lapidibus. Dom. Gyllenhal.

Caput ſubtus rufum, ſupra nigrum, nitidum, punctulatum; palpi antennæque rufescentes; mandibulæ brunneæ, oculi nigri. *Thorax* ſubcordatus, vix marginatus, ſubtus rufus, ſupra niger, nitidus, convexus, in medio canaliculatus, undique profunde punctatus, punctis vero ordinariis poſticis nullis. *Elytra* capite thoraceque paulo longiora, ſubcylindrica, nigra, thorace opaciora, ſtriis levibus,

in-

Digitized by Google

interſtitiis ſtriarum ſubtilisſime punctulatis; punctis majoribus discoidalibus nullis: oculo acute armato, præſertim poſtice pube rara brunnea adſperſa videntur. *Alæ* albo-hyalinæ. *Pectus* & *abdomen* rufa. *Pedes* rufo-flavi, tarſis anticis in mare dilatatis. Car. proteo eſt paulo minor, & thorace ſubcordato, undique profunde punctato, optime ab illo distinguitur.

XXXII. CAR. Oblongo-punctatus *niger, elytris ſubſtriatis, punctis discoidalibus & marginalibus plurimis, thorace utrinque poſtice unipunctato.*

FABR. *Ent. Syſt. 1. p. 138. 70. Car. oblongo-punctatus.*

PAYK. *Mon. Car. 33. Car. oblongo-punctatus.*

Habitat ſub lapidibus.

Caput nigrum, nitidum; palpi, antennæ, mandibulæque concolores. *Thorax* niger, nitidus, marginatus, convexus, lineola longitudinali, punctoque utrinque excavato in angulo poſteriori. *Elytra* nigra, ſæpe thorace opaciora, capite thoraceque haud multo longiora, ſubtilisſime ſtriata: punctis plurimis, nudis oculis bene conſpicuis, disco & margini exteriori impresſis. *Pectus*, *abdomen* & *pedes* nigri, nitidi. Car. multipunctatum magnitudine æquiparat.

Var. β. ſubtus niger, ſupra obſcure ſubæneus.

FABR. *Ent. Syſt. 1. p. 157. 154. Car. parum punctatus.*

Habitat cum var. α, cui facie, magnitudine & ſtatura ſimillimus.

Obs. Differt a Car. multipunctato & boreali, quod puncta elytrorum multo minora nec thorax poſtice tam profunde punctatus; a Car. nivali, quod elytra reſpectu magnitudinis breviora, & margine punctata; a Car. aſſimili thorace poſtice punctato, & elytris punctis discoidalibus majoribus.

XXXIII. CAR. Humeralis *niger, elytris ſtriato-punctatis, truncatis, antice rufis, pedibus rufo-flavis.*

Payk. *Mon. Car. 23. Car. humeralis.*

Habitat in lignis putridis minus frequens.

Caput nigrum, latitudine thoracis, ſubtiliſſime punctatum; antennæ palpique rufi; oculi prominuli, nigri. *Thorax* niger, acute marginatus, antice poſticeque truncatus, valde convexus, ſubtiliſſime punctatus, ſine ullis punctis majoribus in angulo poſteriore excavatis. *Elytra* nigra, antice ad quartam circiter partem totius longitudinis obſcure rufa, thorace latiora, ſubtiliſſime punctato-ſtriata, interſtitiis ſtriarum etiam punctulatis; apice truncata, abdominis vix longitudine. *Pectus* & *abdomen* picea. *Pedes* rufo-flavi. Præcedente dimidio fere minor eſt.

Obs. Jam alatus jam apterus occurit.

Var. β. niger, thorace rufo, elytris macula oblonga baſeos rufo-flava in margine exteriore; ore, antennis pedibusque rufo-flavis.

Fabr. *Ent. Syſt. 1. p. 137. 57. Car. humeralis. p. 139. 64. Car. Dianæ.*

Payk. *Mon. Car. 23. Car. humeralis β.*

Habitat cum var. α, cui magnitudine, habitu, & ſtatura ſimillimus.

Obs.

Obs. Jam alatus jam apterus eſt.

XXXIV. CAR. Excavatus *ſupra piceo-niger, ſubtus rufus, thorace poſtice profunde bipunctato.*

Payk. *Mon. Car. 22. Car. excavatus.*

Habitat in Uplandia minus frequens.

Caput ſupra piceo-nigrum, ſubtus rufum; oculi prominuli; antennæ palpique rufo-fuſcescentes. *Thorax* ſubtus obſcure rufus, ſupra piceo-niger, convexus, marginatus, antice poſticeque truncatus, lineola longitudinali punctoque magno utrinque angulo poſtico profunde excavato. *Elytra* piceo-nigra, integra, thorace latiora, ſubtiliſſime punctato-ſtriata; punctis utrinque tribus paulo majoribus, licet vix nudis oculis conſpicuis in ſtria tertia a margine interiore, quorum alterum baſeos, alterum in medio & tertium magis ad apicem. *Alæ* jam amplæ, albo hyalinæ, jam omnino deſunt. *Pectus, abdomen* & *pedes* rufi. Vix latitudine Car. melanocephali, ſed paulo longior eſt.

Var. β.

Totus rufus, capite thoraceque paulo obſcurioribus.

Simillimus magnitudine, habitu & ſtatura varietati præcedenti, cum qua promiscue minus frequens occurrit.

XXXV. CAR. Rufescens *rufus, antennis ſubpiloſis pedibusque pallidioribus, thorace glaberrimo, elytris profunde punctato-ſtriatis.* Payk.

Digitized by Google

Payk. *Mon. Car. 35. Car. rufescens.*

Habitat in truncis arborum putridis rarius.

Caput nigrum, glabrum, latitudine fere thoracis; antennæ ſubpiloſæ, mandibulæ palpique pallidiores; oculi nigri. *Thorax* rufus, glaberrimus, marginatus, maxime convexus, longitudine fere duplo latior, lineola longitudinali vix nudis oculis conſpicua; punctis vero ordinariis poſticis nullis. *Elytra* rufa, dimidio corpore longiora, convexa, profunde punctato ſtriata. *Alæ* albidæ. *Pectus* & *abdomen* rufæ. *Pedes* rufo-teſtacei. Magnitudine Car. cyanocephali.

Var. β. Rufus, vertice anoque nigris.

Fabr. *Ent. Syſt. 1. p. 162. 169. Car. rufescens.*

Payk. *Mon. Car. 35. Car. rufescens* β.

Habitat apud nos rariſſime.

Obs. Simillimus var. α.

XXXVI. CAR. Pubescens *flavo-ferrugineus, ſubpubescens, abdomine, thorace medio, elytrorumque disco poſtico nigris.*

Payk. *Mon. Car. 37. Car. pubescens.*

Habitat in Scania rarius. Dom. Quensel.

Caput ferrugineum, punctulatum, thoracis vix latitudine; oculi cinerascentes. *Thorax* tenuiſſime pubescens, marginatus, punctulatus, lineola longitudinali, punctis vero poſticis majoribus nullis; flavo-rufus, vitta media antice poſticeque latiore. *Elytra* ſtriata, interſtitiis ſtriarum punctulatis, thorace paulo latiora, tenuiſſime pubescentia, flavo-rufa, ma-

macula magna communi discoidali poſtica nigra, marginem tamen poſticum haud attingente. *Alæ* albo-hyalinæ, vix flaveſcentes. *Pectus* & *abdomen* nigra. *Pedes* rufo-flavi. Latitudine Car. praſini, ſed brevior.

Var. β. pubeſcens, niger, capite, thoracis elytrorumque marginibus, pedibusque obſcure rufis.

Payk. *Mon. Car, 37. Car. pubeſcens* β.

Habitat cum varietate præcedenti rarius.

Obs. Simillimus habitu, ſtatura & magnitudine var. α, ſed maxima pars elytrorum thoracisque nigra: an differentia ſexus?

XXXVII. CAR. Cyanocephalus *Cæruleus, nitidus, thorace pedibusque rufo-flavis, elytris abdomine brevioribus, ſubtruncatis.*

Fabr. *Ent. Syſt. 1. p. 159. 154. Car. cyanocephalus.*

Linn. *Syſt. Nat. 671. 21. Faun. Sv. 794. Car. cyanocephalus.*

Payk. *Mon. Car. 36. Car. cyanocephalus.*

De Geer *Ins. 4. p. 100. 17. t. 3. f. 17 Car. cyanocephalus.*

Schæf. *Icon. t. 10. f. 14.*

Habitat in putridis & intra folia arborum ſat frequens.

Caput cœruleum, rarius nigrum; antennæ nigræ, articulis duobus primis ferrugineis. *Thorax* rufo-flavus, glaberrimus, lineola longitudinali exavata, marginatus, antice poſticeque truncatus, angulis poſticis acutisſimis, punctis ordinariis nullis. *Elytra* cœruleo-micantia,

tia, rarius viridi-ænea, nitidisſima, ſubtruncata, abdomine paulo breviora, ſubſtriata, thorace latiora. *Pectus* nigro-cœruleum, rarius ferrugineum. *Abdomen* nigro-cœrulescens. *Pedes* variant: nunc toti flavi, nunc geniculis, interdum tibiis tarſisque nigris. Magnitudine ſequentis.

XXXVIII. CAR. Praſinus *niger, nucha thoraceque æneis, elytris ferrugineis, macula poſtica communi nigro-ænea.*

FABR. *Ent. Syſt. 1. p. 163. 173. Car. praſinus.*
PAYK. *Mor. Car. 34. Car. viridanus.*
SCHÆF. *Icon. t. 31. f. 13.*

Habitat ſub lapidibus & in quisquiliis.

Caput ſubtus nigrum, ſupra viridi-æneum, impunctatum; mandibulæ nigræ; palpi ferruginei; antennæ baſi ferrugineæ, apice nigræ; oculi fuscescentes. *Thorax* ſubtus niger, rarius æneo-niger; ſupra viride-æneus, ſubmarginatus, poſtice magis quam in reliquis hujus ſectionis anguſtatus. *Elytra* thorace latiora, ſtriata, ferruginea, macula magna poſtica communi ſubrotunda nigro-ænea. *Alæ* longiores albo-hyalinæ, macula marginali ſubfusca. *Pectus* & *abdomen* nigra. *Pedes* ferruginei. Car. excavato paulo eſt minor.

Var. β. niger, pedibus elytrisque ferrugineis, macula communi nigro-ænea.

PAYK. *Mon. Car. 34. Car. viridanus β.*

Habitat rarius cum var. α, cui ſimillimus, ſed capite thoraceque totis nigris.

Sectio

Digitized by Google

Sectio ſecunda, Thorace rotundato.

XXXIX. CAR. Sycophanta *nigro-violaceus, pedibus antennisque nigris, elytris viridi-aureis, punctato-ſtriatis.*

Fabr. *Ent. Syſt. 1. p. 149. 108. Car. ſycophanta.*
Linn. *Syſt. Nat. 11. p. 670 12. Car. ſycophanta.*
Payk. *Mon. Car. 38. Car. ſycophanta.*
Schæf. *Icon. t. 56. f. 6.*

Habitat in arboribus, ubi noctu devorat larvas lepidopterorum, apud nos rariſſime, in Europa auſtrali frequens.

Caput nigrum, vix violaceum; labium, antennæ, palpique nigra; mandibulæ longiores, nigræ; oculi cinerascentes. *Thorax* nigro-violaceus, ſubtiliſſime punctatus, marginatus, obovatus, longitudine fere duplo latior, lateribus rotundatis, antice poſticeque truncatus. *Elytra* viride-aurea, thorace duplo latiora, capite thoraceque duplo longiora, ſtriis ſedecim punctatis, punctisque quibusdam paulo majoribus triplice ſerie exeavatis. *Pectus* violaceum. *Abdomen* latiſſimum, violaceo-nigrum. *Pedes* nigri. Jnter maximos Europæ Carabos eſt.

Obs. Vix a Car. Scrutatore Fabr. ſatis differt, quamvis ille major thorace elytrisque aureo-purpurascentibus marginatis.

XL. CAR. Inquiſitor *elytris æneo-fuscis, margine æneo-viride, ſtriato-ſubrugoſis, punctis triplici ordine.*

Fabr. *Ent. Syſt. 1. p. 149. 109. Car. inquiſitor.*
Linn. *Syſt. Nat. 11. p. 669. 11. Fn. Sv. 789. Car. inquiſitor.*
Payk. *Mon. Car. 39. Car. inquiſitor.*

De

De Geer *Ins. 4. p. 94. 9. Car. inquiſitor.*

Habitat in ſylvis. In horto Carlbergiano ſemel magnam ejus copiam ſub lapidibus & foliis putridis inveni, verſus finem menſis Maji.

Caput fusco-æneum; mandibulæ palpique nigri; antennæ baſi nigræ, apice fuscescentes. *Thorax* ſubtus æneo-virescens, nitidisſimus, ſupra æneo-fuscus, margine elevato nitidiore, ſubtilisſime rugoſus, lineola longitudinali; obovatus, longitudine fere duplo latior, lateribus rotundatis, antice poſticeque truncatus, puncto utrinque poſtico angulari excavato. *Elytra* æneo-fusca, margine æneo nitidiore, thorace duplo fere latiora, capite thoraceque duplo longiora, ſedecim-ſtriata, rugis transverſalibus confertisſimis, vix nudis oculis conſpicuis, punctisque quibusdam majoribus, triplici ſerie excavatis. *Pectus* & *abdomen* viridi-ænea, nitidisſima. *Pedes* nigri. Dimidio fere minor eſt præcedente, a quo etiam differt colore, thorace poſtice punctato, & elytris transverſe ſubrugoſis.

Obs. Variat interdum elytris nigricantibus.

XLI. CAR. Reticulatus *ſubtus niger, ſupra æruginoſus, thorace poſtice emarginato, elytris nigro-reticulatis.*

Fabr. *Ent. Syſt. 1. p. 150. 111. Car. reticulatus.*
Payk. *Mon. Car. 40. Car. reticulatus.*

Habitat in ſvecia auſtrali rarius.

Caput nigrum, nucha æruginoſa; antennæ apice fuscescentes. *Thorax* ſubtus nigro-viola-

laceus, ſupra æruginoſus, obovatus, marginatus, margine nitidiore, ſubtilisſime rugoſus, longitudine duplo latior, lateribus rotundatis; antice truncatus, poſtice emarginatus (minus tamen quam in Carabis plerisque primæ familiæ ſectionis primæ). *Elytra* æruginoſa thorace fere duplo latiora, capite thoraceque vix duplo longiora, ſubtilisſime reticulata; reti elevata nigra, qui color tamen viridi mixtus, niſi bene obſervatur, vix discerni poteſt. *Pectus* nigrum, antice nigro-violaceum. *Abdomen & pedes* nigri. Longitudine eſt præcedentis, ſed abdomine paulo latiore.

Obs. Differt a præcedentibus colore, thorace poſtice emarginato, elytrisque reticulatis. Variat corpore ſupra omnino nigricante.

XLII. CAR. Auro-punctatus *niger, thorace poſtice ſubemarginato, elytris ſubtilisſime rugoſis, punctis triplice ſerie excavatis.*

Payk. *Mon. Car. 41. Car. auro-punctatus.*

Herbst. *Car. auro-punctatus.*

Habitat in Svecia auſtrali rarius.

Caput totum nigrum; antennæ apice fuscescentes. *Thorax* niger, marginatus, obovatus, longitudine fere duplo latior, lateribus rotundatis, antice truncatus, poſtice ſubemarginatus. *Elytra* nigra, thorace dimidio latiora, at capite thoraceque duplo longiora, ſubtilisſime oculo armato ſubrugoſa, punctis triplice ſerie, impresſis. *Pectus*, *abdomen & pedes* nigri; tibiæ incurvæ. Longitudine præcedentem fere ſuperat, ſed latitudine non æquiparat.

Femina mari ſimillima, ſed colore ſupra obſcure ſubvirescente, punctis æneis excavatis, abdomine paulo latiore, tibiis anterioribus brevioribus, tarſisque anticis haud dilatatis.

Obs. A Car. indagatore Fabr. qui ſemper apterus eſt, bene distinctus. Differt a Car. inquiſitore colore, thorace emarginato & elytris lævioribus; a Car. reticulato etiam differt colore, corpore magis elongato, elytrisque lævioribus.

XLIII. CAR. Sexpunctatus *capite thoraceque viridi-aureis, elytris rubro-æneis ſubtilisſime punctato-ſtriatis, punctisque ſex majoribus.*

Fabr. *Ent. Syſt. 1. p. 157. 145. Car. 6 punctatus.*

Linn. *Syſt. Nat. 11. p. 672. 35. Faun. Sv. 807. Car. 6 punctatus.*

Payk. *Mon. Car. 42. Car. 6 punctatus.*

De Geer *Ins. 4. p. 99. 16. Car. 6 punctatus.*

Schæf. *Icon. t. 66. f. 7.*

Habitat in hortis frequens, in apricis curſitans.

Caput viridi-aureum, ſubtus obſcurius; oculi, mandibulæ, antennæ, palpique nigri. *Thorax* ſubtus nigro-cœrulescens, ſupra viridi-aureus, nitidisſimus, marginatus, longitudine parum latior, poſtice ſubanguſtatus, puncto magno utrinque in angulo. *Elytra* rubro-ænea, nitidisſima, oculo armato ſubtilisſime punctato-ſtriata; inter ſtriam ſecundam & tertiam puncta utrinque ſex longitudinalia excavata, margine virescente punctulato. *Alæ* albo-hyalinæ, puncto magno marginali fusco.

fuſco. *Pectus abdomen* & *femora*, fuſco-æneа; *tibiæ* & *tarſique* nigri. Magnitudine Car. puncticollis.

Var. β. viridi-æneus elytris concoloribus.

Payk. *Mon. Car. 42. Car. 6 punctatus β.*

Habitat cum præcedenti, cui magnitudine, habitu & ſtatura omnino ſimilis.

LIV. CAR. Marginatus *viridis, elytris glabris, diſco utrinque tripunctato, margine exteriore, undique æquali latitudine, teſtaceo.*

Fabr. *Ent. Syſt. 1. p. 158. 147. Car. marginatus.*

Linn. *Faun. Sv. 804. Car. marginatus.*

Payk. *Mon. Car. 43. Car. marginatus.*

Habitat in arvis & pratis ſubhumidis.

Caput viride, nitidum; antennæ, mandibulæ, oculi, palpique nigri. *Thorax* viridis, nitidus, longitudine vix latior, marginatus, ſummo margine teſtaceo, lineola leviſſima longitudinali, punctoque utrinque in angulo poſteriore profunde excavato. *Elytra* thorace latiora, capite thoraceque longiora, glaberrima, ſubtiliſſime ſtriata, margine exteriore punctulato, teſtaceo; punctis utrinque tribus diſcoidalibus, minutis excavatis, quorum primum baſeos in ſtria tertia a margine interiore, reliqua in ſtria ſecunda fere in medio. *Alæ* albæ, macula magna coſtali fuſca. *Pectus* nigro-viride, nitidum. *Abdomen* viride, vel nigro-cærulescenti nitidum. *Femora* nigra

gra, rarius pallescentia. *Tibiæ* pallidæ. *Tarſi* fuscescentes. Magnitudine præcedentis.

XLV. CAR. Veſtitus *ſupra viride-æneus, elytris pubescentibus, punctis discoidalibus nullis, margine antennis pedibusque pallidis.*

Fabr. *Ent. Syſt. 1. p. 158. 148. Car Veſtitus.*

Linn. *Syſt. Nat. 11. p. 670. 16. Car. marginatus.*

Payk. *Mon. Car. 44. Car. marginatus.*

Habitat in Scania ſub lapidibus rarius. Dom. Quensel.

Caput ſubtus nigrum, ſupra viride-æneum, nitidisſimum, glaberrimum; oculi nigri; palpi pallide ferruginei; antennæ pallidæ, longitudine dimidii corporis. *Thorax* latitudine longitudinis, ſubtus niger, ſupra viride-æneus, nitidisſimus, ſummo margine pallido; pube rara tenuisſima; linea longitudinali punctoque utrinque baſeos. *Elytra* viridia, ſtriata, ſubtilisſime punctata, pube tenuisſima certo ſitu ferrugineo-micanti penitus tecta; punctis discoidalibus majoribus nullis, limbo exteriore pallido apice latiore. *Alæ* albo-hyalinæ. *Pectus* nigrum, pube tenuisſima. *Abdomen* nigrum, pube tenuisſima, certo ſitu ferrugineo micanti. *Pedes* pallidi. Magnitudine Car. marginati.

Var. β. ſubtus niger, ſupra violaceus; elytris limbo exteriore pallido; poſtice latiore.

Payk. *Mon. Car. 44. Car. Veſtitus β.*

Habitat cum var. α, cui colore ſupra excepto, ſimillimus.

Obs.

Obs. Differt a Car. marginato, cui habitu & ſtatura ſimilis, corpore pubeſcente, elytris punctis discoidalibus nullis, limbo poſtice latiore teſtaceo, pedibusque totis pallidis. Hanc ſpeciem ill. a Linné in Syſtemate Naturæ loco citato deſcripſit, præcedentem vero in Fauna Svecica ſub eodem nomine, licet certe diverſæ ſint.

LVI. CAR. Vernalis *niger, ſupra obſcure nigro-ſubæneus, elytris ſtriatis, disco utrinque tripunctato.*

Payk. *Mon. Car. 40. Car. obſcurus.*

Habitat ſub lapidibus in Uplandia, tempore vernali frequens.

Caput nigrum, nucha obſcure ſubænea. *Thorax* ſubtus niger, dorſo obſcure ſubæneo, glaberrimo, marginatus, convexus, longitudine paulo latior, lineola longitudinali punctisque ordinariis poſticis excavatis; antice truncatus, angulatus, poſtice rotundatus. *Elytra* obſcure nigro-ſubænea, latitudine haud duplo longiora, nitida, convexa, ſtriata; inter ſtriam ſecundam & tertiam, puncta tria minutisſima excavata; margo etiam ipſe exterior punctatus eſt. *Pectus* & *abdomen* nigra, rarius obſcure ſubænea. *Pedes* nigri. Magnitudine Car. marginati.

Obs. A Car. obſcuro Dom. Fabricii diverſisſimus, unde nomen ejus mutavi. Difficillime dignoſcendus: variat colore interdum magis nigro, interdum magis obſcure æneo. Differt a Car. Nigrita & Aterrimo thorace rotundato; a Picipede magnitudine, elytrisque profundius ſtriatis; a Pilicorni, cui etiam affinis, antennis haud piloſis, & punctis elytrorum levioribus.

XLVII. CAR. Pilicornis *elytris punctato-ſtriatis, diſco utrinque tripunctato, antennis piloſis.*

Fabr. *Ent. Syſt. 1. p. 152. 122. Car. pilicornis.*
Payk. *Mon. Car. 47. Car. pilicornis.*

Habitat ad littora humida & ſub lapidibus.

Caput nigrum, nucha obſcure nigro-ſubænea: antennæ pilis longioribus hirtæ, fuscescentes, primo articulo æneo; palpi fuscescentes; oculi prominuli nigri. *Thorax* ſubtus niger, dorſo obſcure nigro-ſubæneo; marginatus, lineola longitudinali, punctoque utrinque ordinario poſtico. *Elytra* obſcure ænea, punctato-ſtriata, punctis tribus majoribus, nudis oculis bene conſpicuis, in ſerio disco impreſſis. *Pectus* & *abdomen* nigra. *Pedes* rufi; femora nigra. Magnitudine eſt Car. Marginati.

Obs. Optime antennis valde piloſis dignoscitur.

XLVIII. CAR. Pelidnus *niger, ſubtus piceus, antennis pedibusque dilutioribus, thorace ovali, elytris obſolete ſtriatis, punctis discoidalibus nullis.*

Payk. *Mon. Curc. App. p. 149. 46-47. Car. pelidnus.*

Herbst. *Car. Pelidnus.*

Habitat in Weſtrogothia. Dom. Gyllenhal.

Caput ſupra nigrum, ſubtus piceum; palpi & antennæ dilutiores; oculi parum prominuli, fusci. *Thorax* latitudine longior, ſubtus obſcure piceus, ſupra niger, parum nitidus, vix marginatus; antice truncatus, poſtice paulo-

lo anguſtatus, ſubrotundatus, punctis ordinariis nullis. *Elytra* thorace dimidio fere latiora, capite thoraceque longiora, nigro-picea, parum convexa, obſolete ſtriata; punctis discoidalibus nullis, marginalibus plurimis excavatis. *Alæ* amplæ hyalinæ, nervis flavicantibus. *Pectus* & *abdomen* picea. *Pedes* rufo-picei, interdum flaveſcentes. Magnitudine præcedentis.

Obs. Differt a Car. picipede, cui affinis, magnitudine majori, & thorace magis elongato, punctis ordinariis nullis.

XLIX. CAR. Picipes *niger, thorace ſubovali, punctis ordinariis, elytris ſubſtriatis punctis discoidalibus ſubtilisſimis, pedibus fuscis.*

Fabr. *Ent. Syſt. 1. p. 161. 163. Car. picipes.*
Payk. *Mon. Car. 46. Car. Picipes. Ibid. N:o 24 Car. rotundatus var. β.*

Habitat ſub lapidibus, & cortice arborum emortuarum.

Caput nigrum, thorace paulo anguſtius. *Thorax* niger, latitudine paulo longior, antice truncatus, angulatus, lineola longitudinali leviſſima, punctisque ordinariis diſtinctis. *Elytra* jam fusca, jam picea, vel nigra, ſubtilisſime ſtriata, capite thoraceque longiora, punctis quibusdam discoidalibus omnino minutisſimis; margine exteriore punctulato. *Alæ* amplæ, albæ, puncto marginali ſubfusco. *Pectus* & *abdomen* nigra. *Pedes* fusci, interdum ſubferruginei. Dimidio minor eſt præcedente.

L. CAR. Rotundatus *rufo-fuſcus, ſubtus dilutior, pedibus flavis, thorace longitudine latitudinis, elytris punctis tribus discoidalibus.*

Payk. *Mon. Car.* 24. *Car. Rotundatus.*

Habitat apud nos minus frequens.

Caput ſubtus rufum, ſupra rufo-ſubæneum; antennæ rufæ. *Thorax* rufo-fuscus, læviſſimus, convexus, marginatus, longitudine latitudinis, antice truncatus, poſtice rotundatus, vix punctis ordinariis poſticis impreſſis. *Elytra* rufo-fusca, nitida, ſtriata; in ſtria tertia a margine interiore utrinque puncta tria excavata, minutiſſima. *Alæ* longiores albo-hyalinæ, interdum omnino deſunt. *Pectus* & *abdomen* rufa, nitida. *Pedes* flavi, nitidi. Magnitndine præcedentis.

Var. β. ſupra niger, ſubtus rufus, pedibus antennisque dilutioribus.

Habitat cum var. α. cui ſimillimus.

Obs. Differt a Car. picipede thorace magis rotundato, elytrisque profundius ſtriatis.

LI. CAR. Quadripunctatus *niger, ſubdepreſſus, ſupra obſcure nigro-ſubæneus, elytris punctis quatuor profundis discoidalibus.*

Payk. *Mon. Car.* 48. *Car. quadripunctatus.*

De Geer *Ins.* 4. *p.* 102. 21. *Car. quadripunctatus.*

Habitat apud nos rarius.

Caput nigrum, nucha obſcure ſubænea. *Thorax* ſubtus niger, ſupra obſcure nigro-ſubæneus, acute marginatus, lineola longitudinali,

li, punctis ordinariis nullis. *Elytra* thorace multo latiora, obſcure nigro-ſubænea, ſubſtriata; punctis quatuor discoidalibus in ſerie utrinque profunde impreſſis. *Alæ* amplæ, albo-hyalinæ, macula parva marginali fusca. *Pectus*, *abdomen* & *pedes* nigri, nitidi. Dimidio fere Car. Pilicorni minor.

Obs. Variat rarius punctis utrinque quinque discoidalibus profunde impreſſis.

LII. CAR. Crux major *niger, pubescens, elytris crenato-ſtriatis, maculis duabus ferrugineis.*

Fabr. *Ent. Syſt. 1. p. 160. 158. Car. Crux major. Mant. Ins. p. 225. 106. C. 2. puſtulatus.*

Linn. *Syſt. Nat. 11. p. 673. 39. Fn. Sv. 808. Car. Crux major.*

Payk. *Mon. Car. 49. Car. 2. puſtulatus.*

Schæf. *Icon. t. 10. f. 13.*

Habitat ſub lapidibus.

Caput minutum, totum nigrum; oculi prominuli. *Thorax* niger, capite duplo latior, pubescens, orbiculatus, undique profunde punctatus, punctis vero ordinariis poſticis nullis. *Elytra* thorace latiora, capite thoraceque duplo longiora, pubescentia, crenato-ſtriata, nigra; maculis duabus magnis ferrugineis, quarum anterior in margine exteriore major, poſterior ſubrotunda. *Alæ* amplæ, albo-hyalinæ. *Pectus*, *abdomen* & *pedes* nigri. Car. marginato paulo minor.

LIII. CAR. Crux minor *niger, glaber, thora-*

ce pedibusque rufis, elytris convexioribus truncatis, ferrugineis, cruce nigra.

Fabr. *Ent. Syſt. 1. p. 160. 159. Car. crux minor. Mant. Jns. p. 202. 94. C. crux major.*

Linn. *Syſt. Nat. 11. p. 673. 4. Fn. Sv. 809. Car. Crux minor.*

Payk. *Mon. Car. 50. Car. Crux major.*

Schæf. *Jcon. t. 18. f. 8.*

Habitat ſub foliis putridis & lapidibus, tempore vernali.

Caput nigrum, nitidum; antennæ baſi ferrugineæ. *Thorax* rufus, glaberrimus, antice poſticeque truncatus, lateribus rotundatis; marginatus, convexus, longitudine duplo latior, lineola longitudinali, punctis ordinariis nullis. *Elytra* glaberrima, convexa, abdomine paulo breviora, thorace duplo latiora, ſubtiliſſime punctato-ſtriata, punctis discoidalibus majoribus nullis; ferruginea, macula ſcutellari, faſcia lata in medio, ſutura & margine poſtiſtico nigris. *Alæ* hyalinæ, apice fuscescentes. *Pectus* & *abdomen* nigra. *Pedes* rufi, geniculis fuscescentibus. Longitudine vix Car. picipedis, ſed abdomine latiore.

LIV. CAR. Bipuſtulatus *niger, thorace pedibusque rufis, elytris integris antice rufis, poſtice nigris, macula communi rufa.*

Fabr. *Ent. Syſt. 1. p. 161. 164. Car. 2. puſtulatus. Mant. Jns. 204. 100. Car. Crux minor.*

Payk. *Mon. Car. 52. Car. Crux minor.*

Habitat ſub foliis putridis, primo vere.

Ca-

Caput nigrum, nitidum, thorace paulo anguſtiùs; palpi & antennarum baſis rufa. *Thorax* rufus, glaber, convexus, marginatus, antice pro receptione capitis emarginatus, poſtice truncatus, lateribus rotundatis; lineola longitudinali, punctisque ordinariis profundioribus. *Elytra* thorace paulo latiora, integra, ſubſtriata, punctis discoidalibus nullis; baſi ad tertiam partem longitudinis rufa, poſtice nigra, macula magna communi ſubrotunda, ſuturaque tenuisſime, rufis. *Alæ* albæ, vel ſubflavescentes. *Pectus* & *abdomen* nigra. *Pedes* rufi. Longitudine Car. Crucis minoris, latitudine Car. agilis.

LV. CAR. Vaporariorum *niger, thorace, elytris antice margineque, antennis pedibusque ferrugineis.*

FABR. *Ent. Syſt. 1. p. 164. 176. Car. vaporariorum.*

LINN. *Syſt. Nat. 11. p. 671. 23. Fn. Sv. 796. Car. Vaporariorum?*

Habitat in quisquiliis apud nos minus frequens.

Caput nigrum; palpi & antennarum baſis rufa. *Thorax* rufus, glaber, longitudine latitudinis, antice poſticeque transverſus, lateribus rotundatis, lineola longitudinali nulla, at impresſione utrinque poſtica levisſima. *Elytra* thorace vix latiora, at capite thoraceque longiora, ſtriata, punctis discoidalibus nullis; antice ferruginea, poſtice nigra, margine ſummo ferrugineo. *Pectus* & *abdomen* nigra. *Pedes* fla-

Digitized by Google

flavo-ferruginei. Paulo major eſt præcedente, cui ſatis affinis.

LVI. CAR. 4 maculatus *niger, thorace pectoreque ferrugineis, elytris obtuſisſimis maculis duabus, pedibusque flavo-lividis.*

FABR. *Ent. Syſt. 1. p. 165. 180. Car. 4 maculatus.*

LINN. *Syſt. Nat. 11. p. 673. 41. Car. 4. maculatus.*

PAYK. *Mon. Car. 51 Car. 4. maculatus.*

Habitat in foliis arborum.

Caput nigrum; antennæ, palpique flavo-lividi. *Thorax* rufus, glaberrimus, marginatus, capite vix latior, lineola longitudinali, punctis vero ordinariis vix ullis; poſtice ſubanguſtatus. *Elytra* ſubſtriata, depresſiuſcula, thorace haud duplo latiora, truncata, obtuſisſima, abdomine paulo breviora; nigro-fusca, macula ovata livida baſeos, & alia apicis ejusdem magnitudinis. *Alæ* albæ, macula marginali fuſca. *Pectus* rufo-ferrugineum. *Abdomen* nigrum. *Pedes* flavo-lividi. Longitudine Car. crucis minoris ſed anguſtior,

LVII. CAR. Uſtulatus *ſupra obſcure nigro-ſubæneus, thoracis punctis ordinariis profundioribus, elytris obſolete pallide fasciatis.*

FABR. *Ent. Syſt. 1. p. 165. 182. Car. Uſtulatus.*

LINN. *Syſt. Nat. 11. p. 673. 38. Fn. Sv. 810. Car. Uſtulatus.*

PAYK. *Mon. Car. 53. Car. Uſtulatus.*

Habitat in putridis frequentior.

Caput obſcure nigro-ſubæneum: oculi promi-

minuli; antennæ palpique nigri. *Thorax* ſubtus niger, ſupra nigro-ſubæneus, glaber, marginatus, antice poſticeque truncatus, lateribus rotundatis, poſtice parum emarginatis, ut fere obcordatus; lineola longitudinali punctisque ordinariis profundioribus. *Elytra* thorace haud multo latiora, punctato-ſtriata, punctisque duobus vel tribus discoidalibus; nigro-ſubænea, faſcia obſoleta poſtica pallida, & interdum quoque faſciola anteriore. *Alæ* albidæ. *Pectus, abdomen* & *pedes* nigri. Inter minores eſt & Car. bipunctatum vix magnitudine ſuperat.

Var. β. ſupra nigro-ſubæneus, nitidus, thorace nitidiore; elytris maculis quatuor obſoletis, rufo-pallidis, pedibus antennarumque baſi ferrugineis.

PAYK. *Mon. Car.* 53. *Car. Uſtulatus* β.

Habitat cum præcedente frequens, cui ſimillimus ſed paulo major, vel magnitudine Car. Picipedis.

Var. γ. niger, vel obſcure nigro-æneus, margine exteriore pallide denticulato, pedibus brunnæis.

PAYK. *Mon. Car.* 53. *Car. uſtulatus* γ.

THUNB. *Mus. Nat. Ac. Ups. p.* 50. *Car. dentellus.*

Habitat apud nos minus frequens.

OBS. Magnitudine & ſumma ſimilitudo cum var. α. notatur.

Var. δ. niger, faſciis binis obliquis inæqualibus teſtaceis, feneſtratis, marginem haud attingentibus.

LINN.

Linn. *Syſt. Nat. 11. p. 658. 12. Cicindela rupeſtris: ſed hujus generis, & thorax haud globoſus.*

Payk. *Mon. Car. 53. Car. uſtulatus.* ♂.

Habitat rarius apud nos.

Obs. Magnitudine var. *α.* paulo minor, cetero huic ſimillimus.

Var. ε. nigro-ſubæneus, elytris pedibusque obſolete æneo-ſubrufescentibus.

Habitat in Lapponia Tornenſi.

Obs. Habitu & ſtatura ſimillimus præcedentibus, magnitudine var. *α.*

LVIII. CAR. Subgloboſus *nigro-ſubæneus, thorace ſubgloboſo, poſtice anguſtato, elytris punctato-ſtriatis, maculis quatuor discoidalibus, pedibusque pallidis.*

Linn. *Syſt. Nat. 11. p. 158. 13. Fn. Sv. 151. Cic. 4 maculata.*

Payk. *Mon. Car. 54. Car. ſubgloboſus.*

Habitat in putridis.

Caput nigrum, nucha obſcure ſubænea; oculi prominuli; antennæ ſæpius baſi ferrugineæ. *Thorax* obſcure ſubæneus, globoſus, vix marginatus, glaberrimus, poſtice anguſtatus; lineola longitudinali, punctisque ordinariis minoribus. *Elytra* thorace latiora, nigra ſeu vix obſcure-ſubænea, nitida, punctato-ſtriata; maculis duabus discoidalibus minoribus orbiculatis, altera baſeos, altera apicis. *Pectus* & *abdomen* nigra, vel nigro-ſubænea. *Pedes* pallidi; femora rarius nigra. Inter minores eſt, ſeu magnitudine Car. meridiani.

Var.

Var. β. niger, nucha thoraceque obſcure ſubæneis, elytris baſi, macula orbiculata poſtica, pedibusque pallide ferrugineis.

PAYK. *Mon. Car.* 54. *Car. ſubgloboſus* β.

Habitat cum var. α. cui habitu & ſtatura omnino ſimilis ſed ſæpius paulo minor.

OBS. Differt a Car. uſtulato thorace ſubgloboſo, poſtice anguſtato, punctis ordinariis minoribus.

LIX. CAR. 4 Guttatus *niger, thorace punctis ordinariis nullis, elytris lævisſimis oblique truncatis, punctis quatuor albis.*

FABR. *Ent. Syſt.* 1. *p.* 165. 181. *Car.* 4 *guttatatus, ſed a præcedente haud deſcriptione diſtinctus.*

PAYK. *Mon. Car.* 55. *Car.* 4 *punctatus.*

Habitat in Svecia auſtrali rarius.

Caput nigrum, thoracis latitudine. *Thorax* niger, marginatus, impunctatus, parum convexus, poſtice anguſtatus; lineola longitudinali non niſi oculo armato conſpicua. *Elytra* lævisſima, oblique truncata, abdomen tamen obtegentia, nigra, punctis duobus in disco albis, anteriore paulo majore. *Alæ* albicantes. *Pectus*, *abdomen* & *pedes* nigri; tibiæ interdum pallidiores. Magnitudine Car. truncatelli.

OBS. Differt a Car. uſtulato magnitudine minori, thorace impunctato, elytrisque lævisſimis; A Car. ſubgloboſo thorace minus convexo, impunctato, elytrisque lævisſimis.

LX. CAR. Guttula *niger, thorace marginato, ſubtransverſo, punctis ordinariis, elytris ſtriatis, puncto poſtico hyalino-albo.*

FABR.

FABR. *Ent. Syſt. 1. p. 166. 185. Car. guttula.*
PAYK. *Mon. Car. 56. Car. riparius.*

Habitat ad ripas arenoſas, præſertim in Norrlandia.

Caput nigrum, nitidum, thoracis latitudine; oculi parum prominuli. *Thorax* niger, nitidus, marginatus, glaberrimus, antice poſticeque truncatus, lateribus rotundatis, lineola longitudinali, punctisque ordinariis profundioribus. *Elytra* nigra, integra, glaberrima, thorace paulo latiora, ſubtiliſſime punctato-ſtriata; macula parva verſus apicem, non tamen in ipſo apice, albo-feneſtrata. *Pectus & abdomen* nigra, nitida. *Pedes* picei. Inter minimos eſt & Car. truncatello fere minor.

OBS. Differt a Car. ſubgloboſo colore, & thorace breviore, minus convexo, poſtice transverſo.

LXI. CAR. Biguttatus *thorace obſcure ſubæneo, poſtice rotundato, elytris nigris punctato-ſtriatis, macula apicis pedibusque rufis.*

FABR. *Ent. Syſt. 1. p. 184. Car. biguttatus.*

Habitat apud nos minus frequens.

Caput ſupra obſcure æneum, ſubtus piceum; antennæ fuscæ, baſi rufæ. *Thorax* ſubtus niger, marginatus, ſupra obſcure æneus, longitudine vix latitudinis, antice truncatus, poſtice rotundatus; lineola longitudinali, punctisque ordinariis poſticis. *Elytra* thorace paulo latiora, punctato-ſtriata, punctis duobus discoidalibus paulo profundioribus; nigra, vel obſcure nigro-ſubænea, nitida, apice macula magna transverſa rufa. *Pectus & abdomen* nigra. *Pedes* rufi.

OBS.

Digitized by Google

Obs. Differt a præcedente præſertim magnitudine paulo majore, colore, thoraceque poſtice rotundato.

LXII. CAR. Triſtis *niger, nitidus, thorace transverſo, elytris punctato-ſtriatis, limbo læviore; pedibus rufis.*

Fabr. *Ent. Syſt. 1. p. 167. 193. Car. triſtis.*
Payk. *Mon. Car. LVII Car. 4 ſtriatus.*

Habitat in Svecia auſtrali.

Caput nigrum, thorace anguſtius; antennæ palpique baſi pallidi. *Thorax* niger, nitidus, convexus, marginatus, longitudine latior, antice poſticeque truncatus, lateribus rotundatis; lineola longitudinali, punctisque ordinariis. *Elytra* nigra, nitida, integra, thorace latiora, ſubtilisſime punctato-ſtriata, margine exteriore adhuc læviore; punctis duobus discoidalibus paulo profundioribus. *Pectus* & *abdomen* nigra. *Pedes* rufi. Car. truncatello vix major eſt.

Var. β. nigro-fuscus, thorace elytrisque obſcure caſtaneis, pedibus pallidis.

Fabr. *Ent. Syſt. p. 168. 193. Car. triſtis var.*
Payk. *Mon. Car. LVIII. Car. 4 ſtriatus var. β.*
Schrank *Enum. Ins. Auſtr. p. 818. 410. Car. 4 ſtriatus.*

Habitat cum varietate præcedente, cui magnitudine, habitu, & ſtatura ſimillimus.

Var. γ. totus niger, pedibus concoloribus.

Fabr. *Ent. Syſt. 1. p. 168. 195. Car. minimus.*

Payk. *Mon. Car. 57. Car. 4 ſtriatus var. γ.*

Habitat pasſim. Simillimus facie & ſtatura præcedentibus, ſed paulo minor.

LXIII. CAR. Secalis *ferrugineus, pedibus pallidioribus, elytris remotis, integris, punƈtato-ſtriatis.*

Payk. *Mon. Car. 58. Car. Secalis var. α.*

Habitat in agris ſecalinis, menſe Septembri frequens.

Caput ferrugineum: oculi nigri. *Thorax* ferrugineus, glaberrimus, valde convexus, marginatus, antice transverſus, poſtice anguſtato-rotundatus; lineola longitudinali punƈtisque ordinariis vix ullis. *Elytra* ferruginea, a thorace remotiora, integra, convexa, punƈtato-ſtriata, margine exteriore leviore. *Alæ* albo-hyalinæ. *Peƈtus & abdomen* ferruginea. *Pedes* flavo-pallidi. Car. Truncatello vix major.

Obs. Color ferrugineus interdum in fuſcum tranſit: elytris a thorace remotis præſertim diſtinguitur.

LXIV. CAR. Collaris *niger, thorace transverſo rufo, antennis baſi pedibusque pallidis.*

Payk. *Mon. Car. 58. Car. Secalis var. β.*

Habitat in foliis rarius.

Caput nigrum, vix rufescens; antennæ fuscescentes, baſi pallidæ. *Thorax* rufus, nitidus, longitudine latior, convexus, ſubmarginatus, antice poſticeque transverſus, lateribus rotundatis, lineola longitudinali punƈtisque ordinariis excavatis. *Elytra* nigra, nitida; margine omni rufescente, ſtriata, thorace dimidio latiora, at plus duplo longiora. *Alæ* albidæ. *Peƈtus & abdomen* nigra, ano interdum rufescente. *Pedes* pallidi. Latitudine præ-

præcedentis ſed paulo brevior, nec elytris remotis.

LXV. CAR. Meridianus *niger, elytris integris ſtriatis, baſi ſuturaque teſtaceis, antennis baſi pedibusque ferrugineis.*

FABR. *Ent. Syſt. 1. p. 164. 177. Car. meridianus.*

LINN. *Syſt. Nat. 11. p. 673. 36. Fn. Sv. 797. Car. meridianus.*

PAYK. *Mon. Car. LIX. Car. meridianus var. α.*

Habitat ſub foliis putridis.

Caput nigrum; antennæ palpique baſi ferruginei. *Thorax* marginatus, convexus, antice poſticeque truncatus lateribus rotundatis, antice poſticeque transverſus; lineola longitudinali punctisque ordinariis impresſis; niger, nitidus, margine interdum pallido. *Elytra* ſtriata, nitida, abdomen obtegentia; nigra, baſi late, & ſutura tenuisſime teſtacea. *Alæ* albo-hyalinæ. *Pectus* & *abdomen* nigra. *Pedes* ferruginei. Magnitudine Car. truncatellum paulo ſuperat.

Var. β. niger, elytris macula baſeos in angulo exteriore pedibusque pallidis.

PAYK. *Mon. Car. LIX. Car. meridianus β.*

DE GEER *Ins. 4. p. 102. 20. Car. 2 maculatus.*

Habitat cum var. α. cui habitu, magnitudine & ſtatura ſimillimus.

Var. γ. niger, thoracis margine antennis baſi pedibusque pallide ferrugineis, elytris pallidis, macula magna dorſali ſubcommuni, nigra.

Fabr. *Ent. Syſt. 1. p. 165. 183. Car. dorſalis.*

Payk. *Mon. Car. 59. Car. meridianus γ.*

Habitat cum varietatibus præcedentibus, quibus paulo major, ſed colore excepto ſimillimus: an ſpecie diſtinctus?

LXVI. CAR. Bi punctatus *ſupra obſcure ſubæneus, thorace ſubrugoſo elytris punctato ſtriatis, punctis binis profundis discoidalibus.*

Fabr. *Ent. Syſt. 1. p. 167. 189. Car. 2 punctatus.*

Linn. *Syſt. Nat. 11. p. 672. 33. Fn. Sv. 806. Car. 2. punctatus.*

Payk. *Mon. Car. 62. Car. 2 punctatus.*

Habitat in quisquiliis.

Caput ſubtus nigrum, nucha obſcure ſubænea; oculi fusci; antennæ, mandibulæ, palpique nigri. *Thorax* vix capite latior, ſubtus niger, ſupra obſcure ſubæneus, marginatus, lineola longitudinali profundiore, nudis oculis conſpicua, punctisque ordinariis; oculis vero armatis undique ſubtilisſime rugoſus. *Elytra* obſcure ſubænea, thorace latiora, integra; oculo armato ſubtilisſime punctato-ſtriata apparent; punctis utrinque duobus majoribus discoidalibus impresſis, altero anteriori, altero poſteriori, nudis oculis bene conſpicuis. *Alæ* albo-hyalinæ. *Pectus, abdomen & pedes* nigri, nitidi. Magnitudine var. *α.* præcedentis.

LXVII. CAR. pygmæus *ſupra obſcure ſubæneus, ſubtus niger, pedibus piceis, thorace glabro, elytris ſubtilisſime punctato-ſtriatis.*

Fabr.

Digitized by Google

Fabr. *Ent. Syſt.* 1. *p.* 167. 192. *Car. pygmæus.*
Payk. *Mon. Car.* 63. *Car. rufipes.*

Habitat in Svecia auſtrali.

Caput thoracis fere latitudine, ſubtus nigrum, nucha obſcure ſubænea; manbibulæ, oculi, palpique nigri. *Thorax* ſubtus niger, ſupra obſcure ſubæneus, nitidus, lævis, glaberrimus, magis quam in præcedente convexus, lineola longitudinali leviſſima, nudis oculis inconſpicua, punctisque ordinariis impreſſis. *Elytra* obſcure ſubænea, nitida, thorace vix latiora, oculo armato ſubtiliſſime punctato-ſtriata, punctis binis discoidalibus paulo majoribus, nullis vero nudis oculis conſpicuis. *Pectus* & *abdomen* nigra, nitida. *Pedes* picei, tibiis tarſisque pallidioribus. Magnitudine præcedentis.

Obs. Differt a Car. 2 punctato, cui affinis, colore pedum, thorace læviori, & elytris punctis discoidalibus, oculis nudis conſpicuis, nullis.

LXVIII. CAR. Fasciatus *teſtaceus, capite nigro, elytris læviſſimis, flexilibus, truncatis, faſcia obliqua fuſca.*

Fabr. *Ent. Syſt.* 1. 139. 68. *Car. fasciatus.*

Payk. *Mon. Car.* 60. *Car. fasciatus.*

Habitat in Uplandia ſub lapidibus & foliis putridis, tempore vernali.

Caput nigrum, nitidum; antennæ palpique ferruginei. *Thorax* flavo-ferrugineus, marginatus, antice poſticeque truncatus, lateribus vix rotundatis, poſtice anguſtatus; lineola longitudinali, punctisque ordinariis impreſſis. *E-*

lytra thorace non multo latiora, depreſſiuscula, flexilia, truncata, abdomine paulo breviora, lævisſima, teſtacea; fascia pone medium obliqua fusca. *Pectus* & *pedes* flavo-teſtacei. *Abdomen* flavo teſtaceum, lateribus & interdum apice fuscescentibus. Magnitudine Car. truncatelli.

Obs. Affinis videtur Car. Andreæ ſed multo minor, nec thorax niger & elytra apice fusca.

LXIX. CAR. Agilis *rufus, abdomine poſtice fusco, elytris depresſis, fuscis, truncatis, ſtriatis.*

Fabr. *Ent. Syſt. 1. p. 139. 67. Car. agilis. Ibid. p. 162. 168. Car. Velox; ſed minime C. velox* Linn. *qui Elaph. ſtriatus esſe videtur.*

Payk. *Mon. Car. 64. Car. agilis.*

Habitat in foliis arborum convolutis.

Caput rufum; oculi nigri. *Thorax* rufus, antice poſticeque transverſus, lateribus vix rotundatis; marginatus, lineola levisſima longitudinali, poſtice anguſtatus, punctis ordinariis nullis; pilis quibusdam rarioribus longioribus marginalibus. *Elytra* fusca, depreſſiuscula, ſtriata, truncata, abdomine breviora; angulo poſteriore exteriore obtuſo, interiore ſubacuto. *Alæ* albæ, macula marginali fusca. *Pectus* rufum. *Abdomen* rufum apice fusco. *Pedes* rufo-flavi. Car. praſinum magnitudine æquiparat.

Var. β. rufus, elytris pedibusque pallidioribus, capite limboque exteriori, præſertim poſtico, elytrorum, fuscis.

Fabr.

Fabr. *Ent. Syſt. 1. p. 140. 69 Car. atricapillus var. β.*

Payk. *Mon. Car. 64. Car. agilis β.*

Quensel *Diſſert. Ign. Ins. Sp. 1. p. 18. Car. arboreus.*

Habitat cum varietate præcedente, cui, colore excepto, ſimillimus.

Var. γ. fuscus, ſubtus, apice abdominis excepto, mandibulis, antennis pedibusque rufoflavis; elytris puncto medio albido-feneſtrato.

Fabr. *Ent. Syſt. 4. app. p. 443. 185-186. Car. feneſtratus.*

Payk. *Mon. Car. 64. Car. agilis γ.*

Habitat cum præcedentibus, quibus, colore excepto ſimillimus.

Var. δ. Teſtaceus, elytris pallidioribus, capite nigro.

Fabr. *Ent. Syſt. 1. p. 140. 69. Car. atricapillus var. α. Ibid. N:o 73. Car. rubens.*

Linn. *Syſt. Nat. 11. p. 673. 42. Car. atricapillus.*

Payk. *Mon. Car. 64. Car. agilis var. δ.*

Occurrit apud nos rarius: ſimillimus præcedentibus, colore excepto.

Obs. Variat pectore fusco & teſtaceo, ſuturaque elytrorum tenuisſime nigricante.

SECTIO TERTIA.

Thorace elongato poſtice anguſtato.

LXX. CAR. Cephalotes *niger, elongatus, lævis, capite thoracis magnitudine.*

Fabr. *Ent. Syſt. 1. p. 143. 85. Car. Cephalotes.*

Linn. *Syſt. Nat. 11. p. 669. 9. Fn. Sv. 788. Car. Cephalotes.*

Payk. *Mon. Car. 65. Car. Cephalotes.*

Schæff. *Icon. t. 11. f. 1.*

Habitat paſſim, ſub glebulis agrorum ſubque lapidibus circa Upſaliam menſe Auguſti.

Caput magnum, nigrum; oculi pupillati. *Thorax* niger, lineola longitudinali, punctis vero ordinariis nullis; convexus, vix marginatus, poſtice coarctatus. *Elytra* nigra, parte anteriore thoracis vix latiora, dimidio corpore longiora; oculo armato tenuisſime punctato-ſtriata. *Alæ* amplæ, albo-hyalinæ, baſi nervisque flavicantibus. *Pectus, abdomen* & *pedes* nigri. Longitudine Car. Violacei, ſed multo anguſtior.

LXXI. CAR. Crepitans *capite, thorace, pedibusque ferrugineis, elytris ſubtruncatis nigro cæruleis.*

Fabr. *Ent. Syſt. 1. p. 136. 53. Car. Crepitans.*

Linn. *Syſt. Nat. 11. p. 671. 18. Fn. Sv. 792. Car. Crepitans.*

Payk. *Mon. Car. 56. Car. Crepitans.*

De Geer *Jns. 4. p. 103. 22. t. 3. f. 18. 19. Car. Crepitans.*

Schæf. *Jcon. t. 11. f. 13.*

Habitat ſub lapidibus.

Caput ferrugineum, thoracis latitudine; antennæ apice obſcuriores; oculi minuti, prominuli, nigri. *Thorax* ferrugineus, lineola longitudinali, convexus, marginatus, fere ſubcordatus, poſtice coarctatus. *Elytra* nigro-violacea, thorace duplo latiora, ſubſtriata, api-

pice ſubtruncata. *Pectus* nigrum, opacum. *Abdomen* elytris paulo longius, opacum, nigrum. *Pedes* ferruginei, tarſis ſæpius fuſceſcentibus. Magnitudine Car. praſini.

SECTIO QUARTA.

Thorace ſubquadrato.

LXXII. CAR. Sulcicollis *niger, thorace profunde punctato, triſulcato, elytris holoſericeo-pubeſcentibus.*

PAYK. *Mon. Car. 68. Car. 4 ſulcatus.*

Habitat rariſſime in Gottlandia, Dom. ÅKERMAN; *in Veſtrogothia, Dom.* GYLLENHAL.

Caput nigrum, nitidum; antennæ apice fuſceſcentes. *Thorax* niger, marginatus, angulatus, punctis ordinariis nullis; antice profunde punctatus, poſtice tenuiſſime holoſericeo-pubeſcens, punctis minutiſſimis; dorſo ſulcis tribus, in fœmina profundioribus, lateralibus abbreviatis. *Elytra* nigra, ſubtiliſſime punctata, ſubſtriata, tenuiſſime holoſericeo pubeſcentia, in mare ſulcis nullis, in fœmina ſulcis quatuor levioribus; margo exterior punctis paulo profundioribus impreſſis. *Alæ* albo-hyalinæ. *Pectus, abdomen* & *pedes* nigri, nitidi. Car. Nitentem magnitudine æquiparat.

LXXIII. CAR. Holoſericeus *ſubtus niger, glaber, ſupra pube tenuiſſime holoſericeus, capite æneo nitido.*

FABR. *Ent. Syſt. 1. p. 151. 118. Car. holoſericeus.*

Payk. *Mon. Car. 69. Car. holoſericeus.*

Habitat in pratis humidis ſub lapidibus primo vere.

Caput ſubtus nigrum, ſupra æneo nitidum; mandibulæ, antennæ, palpi, oculique nigri. *Thorax* ſubtus glaber niger, ſupra pube tenuisſima holoſericea fuscescente, ſubtilisſime punctatus, marginatus; lineola longitudinali, punctis vero ordinariis vix ullis. *Elytra* pube tenuisſima holoſericeo-fuscescentia, convexa, ſubſtriata, ſubtilisſime punctata; punctis quibusdam paulo majoribus, margine exteriore. *Alæ* amplæ, albo-hyalinæ, nervis ferrugineis; lunula marginali coſtaque ad lunulam fuscescentibus. *Pectus*, *abdomen* & *pedes* nigri, nitidi. Car. multipunctatum magnitudine æquiparat.

LXXIV. CAR. Nigricornis *ſupra ſubpubescens, thorace capiteque æneis, elytris ſtriatis, viridibus, punctis discoidalibus nullis.*

Fabr. *Ent. Syſt. 1. p. 157. 143. Car. nigricornis.*

Payk. *Mon. Car. 70. Car. nigricornis.*

Habitat ſub lapidibus & in pratis humidis.

Caput ſupra viridi-æneum, nitidisſimum, ſubtus nigrum: oculi, mandibulæ palpique nigri; antennæ longiores, nigræ, primo articulo rufo. *Thorax* ſupra æneus, pube rara brevisſima fuscescente, ſubtus nigro-violaceus; capite multo latior, oculo armato ſubtilisſime punctatus: lineola longitudinali punctisque ordinariis poſticis profundius excavatis. *Elytra* viri-

viridia, pube rara brevisſima fuscescente; ſtriata, convexa, medio thoracis antice haud latiora, punctis discoidalibus nullis. *Alæ* amplæ, albo-hyalinæ, nervis flavescentibus. *Pectus* nigrum. *Abdomen* nigrum, rarius ſubviolaceum. *Pedes* variant: interdum toti nigri: ſæpius femora rufa, tibiæ tarſique fuscescentes; interdum tibiæ etiam rufæ. Magnitudine præcedentis.

LXXV. CAR. Cupreus *glaber, ſubtus niger, ſupra rubro-æneus, thorace punctis ordinariis duplicibus, elytris discoidalibus quatuor.*

FABR. *Ent. Syſt. 1. p. 153. 126. Car. cupreus.*

LINN. *Syſt. Nat. 11. p. 672. 20. Fn. Sv. 801. Car. cupreus.*

PAYK. *Mon. Car. 71. Car. cupreus.*

DE GEER. *Ins. 4. p. 97. 13. t. 3. f. 15.*

Habitat apud nos frequens.

Caput ſupra rubro-æneum nitidum, ſubtus cum mandibulis, palpis, oculisque nigrum; antennæ nigræ, primo ſecundoque articulo ferrugineis, pilis quibusdam longioribus. *Thorax* ſupra rubro-æneus, nitidus, ſubtus niger, vel obſcure cœrulescens, capite latior, marginatus; lineola longitudinali punctisque utrinque duobus majoribus approximatis poſtice impresſis. *Elytra* rubro-ænea, nitida, antice thoracis latitudine, in medio latiora; ſtriata, punctis minutisſimis, punctisque quatuor paulo majoribus, discoidalibus, licet vix nudis oculis conſpicuis in ſtria ſecunda a margine interiore, quorum primum in

in medio, ſecundum & tertium poſteriora, & quartum in ipſo apice; margo exterior etiam notatus punctis adhuc majoribus, nudis oculis conſpicuis. *Alæ* albo-hyalinæ nervis flaveſcentibus. *Pectus*, *abdomen* & *pedes* nigri. Magnitudine præcedentis.

Var. β. ſubtus niger, ſupra viridi-æneus.

LINN. *Faun. Sv. 800 Car. cærulescens. var.* α.

PAYK. *Mon. Car. 71. Car. cupreus var.* β.

Habitat cum præcedenti frequens.

Var. γ. Totus niger.

PAYK. *Mon. Car. 71. Car. cupreus var.* γ.

Habitat cum præcedentibus frequens.

Var. δ. ſubtus niger, ſupra obſcure violaceus.

FABR. *Ent. Syſt. 1. p. 152. 123. Car. cæruleſcens.*

LINN. *Syſt. Nat. 11. p. 672. 28. Car. cæruleſcens.*

Habitat apud nos rarius.

OBS. Varietates hæ omnes habitu, ſtatura & magnitudine ſimillimæ.

LXXVI. CAR. Aterrimus *niger, nitidisſimus, elytris convexioribus, ſubſtriatis, punctis tribus discoidalibus profundioribus.*

FABR. *Ent. Syſt. 156. 141. Car. aterrimus.*
PAYK. *Mon. Car. 78. Car. aterrimus.*

Habitat ſub lapidibus primo vero.

Caput nigrum, nucha nitidisſima. *Thorax* dorſo nitidisſimus, convexus, marginatus, antice acute, poſtice obtuſe angulatus, lineola longitudinali; poſtice loco punctorum ordinariorum profunde excavatus. *Elytra* nigra, nitidisſima, thorace vix latiora, convexiora,

le-

levisſime ſtriato-punctata: ſtriis opacioribus, unde nudis oculis perſpiciuntur; in ſingulo elytro puncta tria discoidalia profundiora, nudis oculis optime perſpicua, quorum duo in ſtria ſecunda a margine interiore, alterum in medio, alterum poſtice, & tertium baſi propius in ſtria tertia; margo exterior etiam punctis minoribus, inermi tamen oculo conſpicuis, adornatur. *Pectus, abdomen & pedes* nigri, nitidi. Car. ruficornem magnitudine vix æquiparat.

Obs. Totus ſupra nitidisſimus, quaſi oleo unctus. Ceterum etiam a Car. ſtriato differt thorace ſubquadrato; a ſequenti elytris convexioribus, levisſime punctato-ſtriatis, punctisque discoidalibus majoribus, nudis oculis optime perſpicuis.

LXXVII. CAR. Nigrita *niger, nitidus, thorace utrinque poſtice ſubretuſo, elytris ſtriatis, punctis tribus discoidalibus minutisſimis.*

Fabr. *Ent. Syſt. 1. p. 158. 149 Car. nigrita?*
Payk. *Mon. Car. 79. Car. nigrita.*

Habitat ſub lapidibus frequens.

Caput nigrum, nitidum; oculi fuscescentes. *Thorax* niger, nitidus, marginatus, lineola longitudinali, punctis ordinariis profunde retuſus. *Elytra* nigra, nitida, ſtriata; in ſtria tertia a margine interiore puncta duo vix nudis oculis conſpicua, quorum alterum in medio, alterum poſtice, & in ſtria tertia punctum tertium baſi propius; totus margo exterior etiam punctatus, punctis paulo majoribus nudis oculis conſpicuis. *Pectus* & *abdo-*

Digitized by Google

domen nigra, nitida. *Pedes* nigri, tarſis fuſcescentibus. Longitudine Car. protei, ſed paulo anguſtior; reperiuntur quoque duplo fere minores, ceterum ſimillimi, vix ſpecie diverſi.

Obs. Mares feminis ſimillimi, præter puncta marginalis a maris diſtinctiora & tarſos anticos dilatatos. Ab Auctoribus cum Car. Leucophthalmo confuſus videtur, apterus vero hic ille alatus; differt etiam a Car. ſtriato magnitudine duplo minore, & thorace ſubquadrato.

LXXVIII. CAR. Ruficornis *niger, antennis pedibusque rufis, elytris ſtriatis ſubtomentoſis, punctis discoidalibus nullis.*

Fabr. *Ent. Syſt. 1. p. 134. 42. Car. ruficornis.*

Payk. *Mon. Car. 74. Car. ruficornis.*

Geofr. *Ins. 1. p. 160. 38. Le bupreſte noir velouté.*

Habitat ſub lapidibus frequens.

Caput nigrum, punctis duobus frontalibus impreſſis; mandibulæ piceæ: antennæ palpique rufi. *Thorax* niger, elytrorum latitudine, lineola longitudinali; antice lævis, poſtice loco punctorum ordinariorum ſubretuſus, ſubtiliſſime rugoſus. *Elytra* nigra, ſtriata, punctis discoidalibus nullis; oculo armato undique ſubtiliſſime confertiſſime punctata apparent, & e puncto ſingulo pilus breviſſimus ſubflaveſcens oritur: hinc elytra undique ſubtiliſſime villoſa, certo ſitu flavicantia, micantia; margini inſunt puncta nulla diſtincta majora. *Pectus & abdomen* picea vel piceo-nigra. *Pedes* rufi. Car. Cupreo longior & latior eſt.

Obs. Mares feminæque ſimillimi.

LXXIX.

LXXIX. CAR. Bicolor *niger, ſubtus piceo-ferrugineus, thorace punctis ordinariis duplicibus, elytris punctis octo profundioribus, marginalibus, diſtinctis.*

Fabr. *Ent. Syſt. 1. p. 151. 117. Car. bicolor.*
Linn. *Syſt. Nat. 11. p. 671. 20. Faun. Sv. 793. Car. ſpinipes.*
Payk. *Mon. Car. 75. Car. bicolor.*
Schrank. *Enum. Inſ. Auſtr. p. 212. 398. Car. ſpinipes.*

Habitat ſat frequens ſub lapidibus.

Caput nigrum, fronte punctis duobus impreſſis; mandibulæ piceæ; antennæ palpique obſcure ferruginei. *Thorax* latitudine fere elytrorum, ſubtus piceus, ſupra niger, convexus; lineola longitudinali punctoque duplici ordinario impreſſo. *Elytra* nigra, convexa, ſubtiliſſime punctato-ſtriata, punctis discoidalibus nullis, octo vero majoribus diſtinctis in ipſo margine exteriore a medio ad apicem. *Alæ* amplæ albido-flaveſcentes. *Pectus, abdomen & pedes* piceo-ferruginei; Femora ſubclavata; tibiæ anteriores ſpinoſæ. Præcedentem magnitudine æquiparat.

Obs. Mares feminæque ſimillimi. Car. ſpinipes eſt Schrankii ſed ſynonymon ejus Geoffroyanum N:o 8. omnino falſum, quia thorax cordatus. An ſit Car. ſpinipes Linnéi, vix diſcerni poteſt, cum deſcriptio ejus anceps ſit. Plures etiam inveni manibus ſpinoſis unde magna confuſio orta: Car. enim ſpinipes, Sultzeri t. 3. f. 4. Car. Cephalotes Auctorum eſt, & Car. Spinipes Mulleri Zool. Dan. Prodr. p. 79. 852. a Car. ſpinipede Linnéi diverſiſſimus.

LXXX.

LXXX. CAR. Alpinus *niger, thorace punctis ordinariis bilobis, elytris ſtriato-punctatis, rufo-ferrugineis, margine nigro, pedibus rufeſcentibus.*

Payk. *Mon. Car. App. p. 150. 72. Car. Alpinus.*

Habitat in alpibus Lapponicis & Dalecarlicis.

Caput breve, craſſum, nigrum; antennæ baſi ferrugineæ. *Thorax* niger, lineola longitudinali, punctisque ordinariis lævioribus utrinque bilobis. *Elytra* thoracis latitudine, rufo-ferruginea, ſubtiliſſime punctato-ſtriata, punctis discoidalibus nullis: ſummo margine omni, anteriore excepto, nigro; margine exteriore poſtice punctis quibusdam vix diſtinctis majoribus. *Alæ* amplæ albido-hyalinæ. *Pectus* & *abdomen* nigra. *Femora* ſubclavata & *Tibiæ* rufo-ferruginea, rarius flaveſcentia. Magnitudine Car. Protei eſt.

Var. β. niger, elytris rufo-ferrugineis, margine concolore, pedibus piceis.

Payk. *Mon. Curc. App. p. 150. 72. Car. Alpinus var.* β.

Habitat cum præcedente, cui ſimillimus, rarior. A me antea in Monogr. Caraborum pro femina varietatis præcedentis reputatus.

Var. γ. niger, pedibus flaveſcentibus.

Payk. *Mon. Curc. App. p. 150. 72. Car. Alpinus var.* γ.

Habitat cum præcedentibus, quibus colore excepto ſimillimus, frequentiſſimus ad Enon-

Digitized by Google

nonteckis in Lapponia Tornenſi, die ſub ſaxis latitans, noctu gramina petens. *Dom.* QUENSEL.

Var. δ. niger, pedibus elytrisque, margine excepto, flavo-rufis.

PAYK. *Mon. Curc. App. p. 151. 72. Car. Alpinus var.* δ.

Habitat minus frequens cum præcedentibus: forſan junior.

OBS. Inter varietates has omnes & mares & feminæ occurrunt, & omnes invicem ſe copulis jungunt. Differt a Car. Proteo thorace punctis ordinariis bilobis, & elytris punctato-ſtriatis; a Car. bicolore, cui etiam ſimilis, differt loco natali, magnitudine, margine poſtice haud diſtincte punctato.

LXXXI. CAR. Ferrugineus *latus, brevis, ferrugineus, thorace punctis ordinariis duplicibus, elytris ſtriatis, punctis discoidalibus nullis.*

FABR. *Ent. Syſt. 1. p. 155. 137. Car. Ferrugineus.*

LINN. *Syſt. Nat. 11. p. 201. 76. Car. Ferrugineus.*

PAYK. *Mon. Car. 76. Car. Ferrugineus.*

Habitat ſub lapidibus minus frequens.

Caput ferrugineum, nitidum: oculi nigri. *Thorax* ferrugineus, nitidus, longitudine dimidio fere latior, lateribus parum rotundatis; lineola longitudinali punctoque utrinque ordinario duplici. *Elytra* ferruginea, latitudine dimidio longiora, nitida, punctato-ſtriata, convexa; punctis discoidalibus nullis,

marginalibus quibusdam indiſtinctis, minoribus. *Alæ* albæ, longiores. *Pectus*, *abdomen* & *pedes* ferruginea. Longitudine vix Car. Protei, ſed multo latior.

Var. β. Totus pallidus, oculis cinerascentibus.

Fabr. *Ent. Syſt. 1. p. 156. 138. Car. pallens.*

Payk. *Mon. Car. 76. Car. ferrugineus var. β.*

Habitat cum præcedente, cui ſimillimus; an nuper e nympha declaratus?

LXXXII. CAR. Apricarius *ſubtus flavus, ſupra fusco-orichalceus, thorace punctis ordinariis bilobis, elytris crenato-ſtriatis.*

Payk. *Mon. Car. 77. Car. apricarius.*

De Geer *Ins. 4. p. 101. 19. Car. fulvus.*

Geofr. *Ins. 1. p. 162. 43. Le Bupreſte fauve.*

In colle arenoſo Dalecarliæ in aprico ſemel plures inveni.

Caput ſubtus flavum, nucha orichalcea, nitida: mandibulæ, antennæ, palpique ferruginei: oculi nigri. *Thorax* ſubtus flavus, ſupra fusco-orichalceus, nitidisſimus, vix marginatus, in medio latitudine elytrorum: lineola longitudinali punctoque utrinque bilobo ordinario. *Elytra* fusco-orichalcea, nitidisſima, crenato-ſtriata; punctis majoribus, marginalibus vix ullis diſtinctis, discoidalibus omnino nullis; ſummo margine exteriore ſubtus flavo. *Pectus*, *abdomen* & *pedes* flava. Longitudine Car. pilicornis, ſed brevior & ſtatura Car. ferruginei.

Var.

Var. β. ſupra rufo-piceus antennis pedibusque rufis.

Fabr. *Ent. Syſt. 1. p. 163. 171. Car. apricarius.*

Payk. *Mon. Car. 77. Car. apricarius var. β.*

Habitat in Uplandia.

Obs. Simillimus præcedenti, colore excepto. Differt a Car. Ferrugineo elytris crenato ſtriatis, unde etiam ſynonyma De Geeriana & Geoffroyana ad hanc ſpeciem retuli. A Car. bicolore, cui var. β. colore nimis affinis videtur, differt magnitudine triplo fere minore margineque haud octopunctato. Mares feminæque ſimillimi.

LXXXIII. CAR. Proteus *glaber ſubcylindribus, thorace punctis ordinariis levioribus, elytris ſubſtriatis, punctis discoidalibus nullis.*

Fabr. *Ent. Syſt. 1. p. 156. 142. Car. æneus.*

De Geer *Jns. 4. p. 97. 14. Car. vulgaris.*

Payk. *Mon. Car. 72. Car. Proteus var. α. var. η. & var. ϑ.*

Schrank *Enum. Jns. Auſtr. p. 212. 399. Car. affinis.*

Habitat in Svecia ſat frequens.

Caput craſſum, jam nigrum, jam ferrugineum, ſæpius nucha ænea; antennæ palpique teſtacei vel rufi; Mandibulæ validæ, brunneæ, apice obſcuriores; oculi cinerascentes. *Thorax* elytrorum latitudine, ſubtus jam teſtaceus, jam rufus, vel niger; ſupra convexus, æneus, nitidus, jam æneo-nigricans, vix marginatus, linea longitudinali punctoque ordinario utrinque unico leviter impreſſo. *Elytra* jam æ-

nea nitidiſſima, jam paulo obſcuriora; capite thoraceque paulo longiora, ſubſtriata, punctis discoidalibus nullis. *Alæ* albo-hyalinæ, nervis fuscescentibus. *Pectus*, *abdomen* & *pedes* jam teſtacea, jam ferruginea, brunnea, vel nigra. Paulo minor eſt Car. cupreo.

Var. β. ſubtus niger, ſupra cyaneus, antennis pedibusque jam rufis, jam fuscescentibus.

PAYK. *Mon. Car. 72. Car. Proteus var.* δ.

Habitat in Svecia auſtrali minus frequens.

OBS. A Car. azureo Dom. FABR. qui apud nos haud occurrit, plane diverſus; præſertim quia thorax in illo confertiſſime profunde punctatus, punctis ordinariis nullis.

Var. γ. niger, ſubtus ferrugineo-flavescens, capite rufo, antennis pedibusque flavis.

FABR. *Ent. Syſt. 1. p. 155. 134. Car. erythrocephalus.*

PAYK. *Mon. Car. 72. Car. Proteus var.* β. & γ.

Habitat minus frequens cum præcedentibus.

OBS. Junior thorace ſupra clytrisque fuscescentibus gaudet.

Var. δ. niger totus, vel pedibus antennisque rufis.

FABR. *Ent. Syſt. 1. p. 134. 43. Car. fulvipes.*

LINN. *Syſt. Nat. 11. p. 672. 24. Fn. Sv. 22. 176. Car. latus.*

PAYK. *Mon. Car. 72. Car. Proteus var.* ε & ζ.

DE GEER *Ins. 4. p. 100. 18. Car. latus.*

GEOFFR. *Ins. 1. p. 160. 37.*

SCHRANK *Enum. Ins. Auſtr. p. 211. 397. Car. latus: ſed major.*

Ha-

Habitat frequentisſime in quisquiliis & ſub lapidibus.

Obs. Varietates hæ omnes adeo ſtatura magnitudine & habitu ſimiles, ut omnes ad unam ſpeciem retulerim: an jure? vidi ipſe Carabos var. ε. & ζ. Monographiæ Caraborum, non vero ε. & η. ut perperam impresſum eſt, copula junctos.

LXXXIV. CAR. Binotatus *niger, capite rubro bipunctato, thorace marginato, ſubdepresſo, elytris profunde ſtriatis, disco impunctatis.*

Fabr. *Ent. Syſt. 1. p. 151. 119. Car. binotatus.*

Payk. *Mon. Car. 72. Car. Proteus var. ι.*

Habitat apud nos rarius.

Caput nigrum, fronte punctis duobus minutisſimis approximatis rubris; antennæ nigræ, baſi flavæ, ferrugineæ; palpi ferruginei. *Thorax* niger, ſubdepresſus, marginatus, lineola longitudinali punctisque ordinariis levioribus, antice latitudine elytrorum, poſtice parum anguſtatus. *Elytra* nigra, capite thoraceque longiora, profunde ſtriata, punctis discoidalibus nullis, marginalibus vix diſtinctis. *Pectus, abdomen & pedes* nigra. Præcedente paulo major.

Obs. a Car. Proteo differre videtur thorace magis depresſo marginato, elytrisque profundius ſtriatis: an ſatis diſtinctus?

LXXXV. CAR. Ambiguus *niger, ſubtus piceus, pedibus flavis, elytris thoraci adnatis: punctis duobus discoidalibus.*

Payk. *Mon. Car. 80. Car. Ambiguus.*

Habitat ſub lapidibus juxta agros Upſaliæ. Dom. Torner.

Caput ſupra nigrum, nitidum, ſubtus piceum: antennæ palpique rufo-fuſceſcentes. *Thorax* elytrorum latitudine, iiſdemque arcte junctus, ſubtus piceus, ſupra niger, lineola longitudinali punctoque utrinque ordinario læviſſimo. *Elytra* nigra, thorace paulo opaciora, ſubſtriata: punctis utrinque duobus diſcoidalibus, nudis oculis inconſpicuis & quibusdam paulo majoribus in margine exteriore. *Alæ* jam longiores, albo-hyalinæ, immaculatæ, jam omnino nullæ. *Pectus & abdomen* picea. *Pedes* flavi, interdum rufi. Car. flavipedem magnitudine æquat, cujus omnino habitus & ſtatura.

Obs. Variat rarius punctis elytrorum diſcoidalibus utrinque tribus.

SECTIO QUINTA.

Thorace poſtice dilatato.

LXXXVI. CAR. Acuminatus *ſubtus nigricans, ſupra obſcure æneus, thorace punctis ordinariis duplicibus, elytris poſtice ſubacuminatis.*

Habitat apud nos minus frequens.

Caput ſubtus nigrum, ſupra æneum; antennæ nigræ, baſi rufæ; frons utrinque ſubimpreſſa. *Thorax* ſubtus nigricans, ſupra æneus, ſubmarginatus, baſi capitis, poſtice elytrorum latitudine; lineola longitudinali punctisque

Digitized by Google

que ordinariis duplicibus, lævioribus. *Scutellum* poſtice rotundatum. *Elytra* obſcure æneа, thoraci adnata, latitudine vix duplo longiora, ſtriata, margine exteriore punctulato, punctis discoidalibus nullis; poſtice ſinuato, ſubacuminata. *Alæ* amplæ, albo-hyalinæ. *Pectus, abdomen & pedes* jam piceo, jam obſcure metallico-nigricantia. Sæpius longitudine eſt Car. cuprei, ſed latior.

XXXVII. CAR. Helopioides *niger, thorace immarginato, punctis ordinariis nullis, elytris ſtriatis, poſtice rotundatis.*

Fabr. *Ent. Syſt. 1. p. 155. 132. Car. helopiojdes.*

Linn. *Fn. Sv. N:o 799. Car. vulgaris var. β.*

Payk. *Mor. Car. 81. Car. ovatus var. α.*

Habitat ſub lapidibus.

Caput nigrum; oculi parum prominuli. *Thorax* niger, immarginatus, antice capite latior, poſtice elytrorum latitudine, parum convexus, lineola leviſſima longitudinali, punctis ordinariis nullis. *Scutellum* nigrum, triangulare. *Elytra* nigra, adnata, latitudine duplo longiora, ſtriata, punctis discoidalibus nullis, marginalibus vix diſtinctis; poſtice rotundata. *Pectus, abdomen & pedes* nigra. Præcedente dimidio minor.

XXXVIII. CAR. Dispar *ſupra nigro-cœruleſcens, ſubtus niger, thorace ſubmarginato, poſtice rugoſo, punctis ordinariis nullis.*

Linn. *Syſt. Nat. 11. p. 672. 27. Fn. Sv. 799. Car. vulgaris var. α.*

Payk. *Mon. Car. 81. Car. ovatus var.* δ.
De Geer *Ins. 4. p. 98. 15. Car. æneus.*
Habitat ſub lapidibus frequens.

Caput ſubtus nigrum, ſupra nigro-cærulescens; antennæ nigræ, baſi rufæ. *Thorax* ſubtus niger, nitidus, ſupra nigro-cœrulescens, nitidus, lineola longitudinali lævisſima, poſtice ſubrugoſus, punctis ordinariis diſtinctis nullis. *Scutellum* nigro-violaceum, poſtice ſubrotundatum. *Elytra* thoraci adnata ejusdemque latitudinis, leviter ſtriata, punctis marginalibus vix diſtinctis, discoidalibus nullis. *Alæ* albidæ. *Pectus*, *abdomen* & *pedes* nigra. Car. acuminato triplo minor.

Var. β. ſupra obſcure æneus, ſubtus niger, pedibus rufis.

Payk. *Mon. Car. 81. Car. ovatus var.* γ.
Habitat cum præcedente, cui ſimillimus.

Var. γ. ſupra obſcure æneus, ſubtus rufus, antennarum baſi pedibusque rufis.

Payk. *Mon. Car. 81. Car, ovatus. var.* β.
Habitat cum præcedentibus, cui ſimillimus.

Obs. Differt a Car. acuminato magnitudine, thorace punctis ordinariis nullis, elytrisque haud acuminatis; a Car. helopioide præſertim thorace ſubmarginato, poſtice ſubrugoſo.

LXXXIX. CAR. Tibialis *ſupra nigro-cœruleſcens, tibiis antennarumque baſi rufescentibus, thorace punctis ordinariis duplicibus, ſcutello acuminato.*

Habitat pasſim ſat frequens.

Ca-

Caput nigro-cœruleſcens; antennæ fuſcæ, baſi rufeſcentes. *Thorax* ſubtus niger, ſupra obſcure nigro-cœruleſcens, nitidus, poſtice elytrorum latitudine, iisdemque arcte junctus, minus tamen connatus quam in præcedentibus; lineola leviſſima longitudinali, punctisque ordinariis duplicibus ſatis profundis. *Scutellum* triangulare, poſtice acutum. *Elytra* obſcure nigro-cœruleſcentia, nitida, leviſſime ſtriata, punctis marginalibus paucioribus, discoidalibus nullis. *Alæ* albidæ. *Pectus* & *abdomen* nigra. *Femora* nigra, ad baſin ſæpius brunnea. *Tibiæ* rufæ. *Tarſi* fuſco-rufeſcentes. Car. Acuminato ſæpius ſextuplo eſt minor.

Var. β. ſupra piceo-ſubæneus, ſubtus piceus, pedibus antennisque flaveſcentibus.

Habitat cum varietate præcedente, cui, colore excepto, omnino ſimilis.

ODACANTHA.

Maxilla arcuata, ſpinoſa.
Labium breve, truncatum, integrum.
Palpi 6 filiformes, glabri.
Antennæ filiformes.

I. OD. Melanura *thorace elongato, cylindrico, cyaneo, elytris teſtaceis, apice nigris.*

Fabr. *Ent. Syſt. 1. p. 169. 3. Cic. anguſtata.*

Linn. *Syſt. Nat. 11. p. 620. 6. Attel. melanurus.*

Digitized by Google

Payk. *Mon. Car. 67. Car. anguſtatus.*
Habitat apud nos rarius.

Genus omnino diſtinctum. *Palpi* 6 filiformes, glabri, antici breviores, apice acuminati, intermedii & poſtici apice obtuſi, glabri. *Mandibula* craſſa, arcuata, acuta, cornea, edentula. *Maxilla* elongata, acuta, cornea, e baſi ad apicem arcuata, ſpinis plurimis (8, 9) longioribus, tenuioribus, retrorſum arcuatis. *Labium* breve, membranaceum, truncatum, integrum.

Caput nigro-cyaneum, nitidum, magnum; antennæ palpique baſi flavicantes. *Thorax* cyaneus, elongatus, ſubcylindricus, capite anguſtior, undique confertisſime punctatus. *Elytra* thorace duplo latiora, obſolete punctato-ſtriata, teſtacea, apice cyanea, truncata. *Pectus* ferrugineum. *Abdomen* cyaneum, nitidum, elytris paulo longius. *Pedes* teſtacei, geniculis fuſcis; tarſi 5-articulati, fuſci. Longitudo vix Carab. Crepitantis & multo anguſtior.

CICINDELA.

Palpi ſex filiformes; poſtici piloſi.
Labium corneum, tridentatum.
Antennæ ſetaceæ.

I. CIC. Campeſtris *ſupra viridis, elytris punctis ſex albis.*
Fabr. *Ent Syſt. 172. 9. Cic. campeſtris.*
Linn.

LINN. *Syſt. Nat. 11. p. 657. 1. Fn. Sv. 746. Cic. Campeſtris.*

DE GEER *Ins. 4. p. 113. 1. Cic. Campeſtris.*

SCHÆFF. *Ins. t. 5. f. 37.*

Habitat in campis arenoſis, vere frequens. *Caput* aureo-viride, vertice depreſſo; oculi magni, prominentes, fuſci; antennæ corpore breviores, baſi aureo-purpuraſcentes, apice fuſcæ; mandibulæ validiſſimæ, palpique ſubænei; labium album. *Thorax* ſubtus aureo-purpuraſcens, ſupra viridi-nitens, antice latior longitudine, poſtice anguſtatus; in medio convexus, lineola profunda longitudinali. *Scutellum* minutum, triangulare, aureo-viride. *Elytra* thorace duplo latiora, triploque longiora, viridia, nitida, glabra, ſummo margine purpuraſcente; punctis 6 albis, quorum primum ad baſeos angulum, ſecundum rotundum, & tertium lunulatum prope marginem exteriorem, quartum rotundum fere in medio diſci, quintum poſticum ad marginem exteriorem, ſextum in ipſo apice: oculo acute armato puncta minuta elevata undique confertiſſime ſparſa obſervantur. *Alæ* amplæ, albido-fuſceſcentes nervis obſcurioribus. *Pectus* aureo-purpuraſcens. *Abdomen* aureo-cyaneum, nitidiſſimum. *Pedes* longiſſimi; femora tibiæque aureo, purpuraſcentia, tarſi vireſcentes; ut in omnibus hujus generis, quinque articulati. Magnitudine vix Car. nitentis.

OBS. Numerus punctorum alborum elytrorum interdum variat, interdum etiam, at rariſſime in faſciam inæqualem mediam, lunulasque baſeos & apicis confluunt, unde ſequenti valde

de affinis evadit, attamen ſemper elytris punctis minutisſimis elevatis diſtincta, cum in illa puncta omnia excavata ſint.

II. CIC. Hybrida *ſupra ſubpurpuraſcens, elytris faſcia flexuoſa, lunulisque duabus albis.*

Fabr. *Ent. Syſt. 1. p. 171. 10. Cic. hybrida.*

Linn. *Syſt. Nat. 11. p. 657. 2. Fn. Sv. 747. Cic. hybrida.*

De Geer *Jns. 4. p. 115. 3. Cic. maculata.*

Habitat in ſabuletis apud nos rarisſime.

Caput purpuraſcens; frons depreſſa, linea utrinque longitudinali viridi; labium, mandibulæque ad baſin extus alba; oculi magni prominuli; antennæ corpore breviores, baſi purpuraſcentes, apice fuscæ. *Thorax* latior longitudine, ſupra ſubpurpuraſcens, in medio convexus, lineola profunda longitudinali, ſubtus viridi-auratus villis albidis. *Scutellum* minutisſimum triangulare. *Elytra* thorace duplo latiora, triploque longiora; ſubpurpuraſcentia, lunula baſeos ab angulo exteriore, faſcia ſinuata media, lunulaque marginali apicis albis; oculo armato punctis confertisſimis excavatis undique adſperſa apparent. *Pectus* & *abdomen* viridi-aurea, nitidisſima, villis albidis. *Pedes* longisſimi, ſubpurpuraſcentes, villis albidis. Magnitudine præcedentis.

III. CIC. Sylvatica *ſupra nigra, elytris ſubtilisſime rugoſis, faſcia flexuoſa punctisque tribus albis.*

Fabr. *Ent. Syſt. 171. 11. Cic. ſylvatica.*

Linn. *Syſt. Nat. p. 658. 8. Fn. Sv. 748.*

De

De Geer *Inſ. 4. p. 114. 2. Cic. ſylvatica.*

Habitat in Uplandia rarius; in ſylvis aceroſis Dalecarliæ & Botniæ Occidentalis frequens, per vias currens & volitans.

Caput nigrum; frons depreſſa, mandibulis validiſſimis verſus baſin extus albis; labium carinula longitudinali elevata; oculi magni prominuli; antennæ corpore breviores. *Thorax* niger, ſubquadratus, capite anguſtior, in medio convexus, lineola profunda longitudinali. *Scutellum* minutum, triangulare. *Elytra* thorace duplo latiora, triploque longiora; nigra, puncto humerali, pauloque ſubtus puncto altero, tunc faſcia media flexuoſa, punctoque verſus apicem albis. Oculo armato undique ſubtiliſſime rugoſa, punctis nullis elevatis vel excavatis diſtinctis. *Alæ* albidæ, nervis fuſcis. *Pectus* & *abdomen* nigra, villis albidis; interdum æneo-violacea, nitida. *Pedes* longiſſimi, nigri, villis albidis; interdum violacei. Car. nitente major eſt.

Obs. Variat colore ſupra obſcure ſubæneo.

ELAPHRUS a).

Palpi ſex filiformes.
Labium rotundatum, acuminatum, integrum.
Antennæ ſetaceæ.

I. EL. Uliginoſus *ſupra fuſco-æneus, fronte* tho-

---

a) Tarſi in omnibus hujus generis 5 articulati.

thoraceque varioloſis, elytris quadriſubſulcatis, variolis cœruleis, quadruplici ordine.

FABR. *Ent. Syſt. 1. p. 178. 1. Elaphr. uliginoſus.*

Habitat in locis humidis frequens.

Caput ſubtus viridi-æneum, ſupra fuſco-æneum; frons inæqualis, variolis plurimis impreſſis; oculi exſerti; antennæ capite thoraceque paulo longiores, fuſceſcentes, baſi obſcure æneo. *Thorax* ſubtus viridi-ſupra fuſco-æneus, ſubcordatus, convexus, valde inæqualis, variolis plurimis impreſſis. *Scutellum* minutiſſimum. *Elytra* fuſco-ænea, thorace latiora, capite thoraceque longiora, ſulcis quatuor obſoletis, in quibus variolæ majuſculæ cœruleſcentes quadruplici ordine, & inter illas, ordine marginali excepto, puncta oblonga, obſoleta, elevata. Oculo armato undique confertiſſime ſubtiliſſime tenere punctata. *Alæ* albidæ, amplæ. *Pectus & abdomen* viride-ænea. *Femora* viridi-ænea, baſi interdum flaveſcente. *Tibiæ tarſique* nigricantes, rarius flaveſcentes.

OBS. Variat rarius colore etiam ſupra viridi-æneo.

II. EL. Riparius *viridi-æneus, fronte ſubtiliſme punctata, elytris quadruplici ordine varioloſis, ſulcis nullis.*

FABR. *Ent. Syſt. 1. p. 179. 2. El. riparius.*

LINN. *Syſt. Nat. 11. p. 658. 10. Fn. Sv. 749. Cic. riparia.*

DE GEER *Jns. 4. 117. 4. Cic. riparia.*

Habitat ad ripas aquarum frequens.

Ca-

Caput viridi-æneum, ſubtus nitidum; frons integra, ſubtilisſime confertisſime punctulata; oculi exſerti; antennæ longitudine fere dimidii corporis, fuscescentes, baſi ſubænei. *Thorax* viride-æneus, ſubtus nitidior, ſubcordatus, dorſo convexo inæquali, varioloſo. *Scutellum* minutisſimum. *Elytra* viridi-ænea, thorace latiora, capite thoraceque longiora, variolis majusculis ſubæneis quadruplici ordine, & inter illas, ordine marginali excepto, puncta oblonga valde obſoleta elevata. Oculo armato undique confertisſime temere punctulata. *Alæ* amplæ, albidæ. *Pectus* & *abdomen* viridi-ænea, nitida. *Femora* viridi-ænea, baſi flavescentia. *Tibiæ* flavescentes. *Tarſi* fusco-ænei.

Obs. Paulo minor præcedente, cui valde affinis, at tamen differre videtur fronte haud varioloſa, nec elytris ut in illo ſubſulcatis: an ſatis diſtinctus?

III. EL. Striatus *æneus, elytris punctato-ſtriatis, maculis duabus ſuturalibus ſubquadratis nitidioribus, ſubimpresſis.*

Fabr. *Ent. Syſt. 1. p. 179. 3. El. ſtriatus.*

Habitat ad ripas arenoſas in Norrlandia, Dalecarlia & Weſtrogothia.

Caput obſcure æneum, ſubtus nitidius; frons lævisſima, inter oculos puncto utrinque profunde impresſo; antennæ dimidii corporis longitudine, fuscæ, baſi flavicantes. *Thorax* æneus, ſubtus nitidus, ſupra opacus, brevis, ſubcordatus, lævis, lineola longitudinali punctoque utrinque poſtico impresſis. *Scutellum* mi-

minutiſſimum. *Elytra* thorace duplo latiora, triploque longiora, parum convexa, punctato-ſtriata, æneа, maculis duabus ſubquadratis diſcoidalibus nitidioribus, ad ſuturam leviter impreſſis. *Alæ* albo-hyalinæ, macula marginali fuſca. *Pectus* & *abdomen* æneo-violacea, nitida. *Pedes* flaveſcentes, tarſis fuſceſcentibus. El. uliginoſo duplo fere minor.

Var. β. ſubtus æneus, ſupra nigricans, pedibus rufeſcentibus.

Linn. *Syſt. Nat. 1. p. 672. 31. Fn. Sv. 803. Car. velox.*

Habitat cum var. præcedente, cui magnitudine habitu, & ſtatura omnino ſimilis.

IV. EL. Flavipes *ſupra obſcure æneus, fronte integra, elytris ſubnebuloſis temere punctulatis, pedibus flavis.*

Fabr. *Ent. Syſt. 1. p. 1794. El. flavipes.*

Linn. *Syſt. Nat. 1. 658. 11. Fn. Sv. 750. Cic. flavipes.*

De Geer *Ins. 4. p. 119. 6. Cic. flavipes.*

Habitat ad littora rarior.

Caput ſupra obſcure æneum, ſubtus nitidius; frons integra, ſubtiliſſime punctulata; oculi exſerti; antennæ dimidio corpore paulo longiores, ſubpiloſæ, fuſcæ, baſi flaveſcentes. *Thorax* ſubtus æneus, nitidus, ſupra obſcurior, ſubcordatus, convexus, lineola longitudinali; oculo armato undique confertiſſime punctulatus. *Scutellum* punctiforme. *Elytra* obſcure ænea, fuſco-nebuloſa, thorace latiora & duplo longiora, convexa, confertiſſime ſubtiliſſime

ſime temere punctulata, punctisque duobus discoidalibus paulo majoribus excavatis. *Pectus* & *abdomen* violaceo-ænea, nitida. *Pedes* flavi. Præcedenti ſæpius dimidio minor.

V. El. Aquaticus *ſupra æneus, fronte ſtriata, elytris punctato-ſtriatis: ſtria prima remotisſima.*

Fabr. *Ent. Syſt. 1. p. 179. 5. El. aquaticus. 180. 6. El. ſemipunctatus.*

Linn. *Syſt. Nat. 11. p. 658. 14. Fn. Sv. 752. Cic. aquatica.*

De Geer *Ins. 4. p. 118. 5. Cic. ſtriata.*

Habitat ad aquas frequens.

Caput ſupra æneum, ſubtus æneo-nigricans; frons profunde ſtriata; oculi magni, exſerti; antennæ capite thoraceque longiores, fuscæ, baſi flavicantes. *Thorax* ſubtus æneo-nigricans, ſupra æneus, nitidus; brevis, ſubcordatus, ſubrugoſus, lineola profunda longitudinali. *Scutellum* æneum ſubtriangulare. *Elytra* ænea, nitida, thorace triplo longiora, anteriore parte thoracis vix latiora, convexa, crebro punctato-ſtriata, ſtria ſuturali a ceteris remota ſpatio lævisſimo glaberrimo interjacente. *Pectus* & *abdomen* nigro-violacea, tibiis interdum pallidis. Præcedente vix longior, ſed dimidio latior.

Var. β. ſupra obſcure æneus, elytris nitidioribus apice flavicantibus.

Fabr. *Ent. Syſt. 1. p. 180. 7. El. biguttatus.*

Habitat cum præcedente, cui ſimillimus.

Var. γ. ſupra obſcure violaceus, elytris apice fulvis.

 Ha-

Digitized by Google

Habitat rarius cum præcedentibus, quibus colore excepto, ſimillimus.

HYDROPHILUS *).

Palpi quatuor filiformes.
Maxilla bifida.
Labium corneum, ſubemarginatum.
Antennæ clava perfoliata.

I. HYDR. Piceus *niger, oblongo-ovatus, poſtice acuminatus, ſterno longisſimo ſpinoſo, tarſis quadriungulatis.*

Fabr. *Ent. Syſt. 1. p. 182. 1. Hydr. piceus.*
Linn. *Syſt. Nat. 11. p. 664. 1. Fn. Sv. 764 Dyt. piceus.*
De Geer *Ins. 4. p. 371. 1. Hydr. ruficornis.*
Schæff. *Icon. t. 33. f. 1. 2.*

Habitat in aquis Sveciæ auſtralis rarior.

Caput nigrum, nitidum, lunula utrinque antica e punctis impresſis; oculi griſei; palpi antennæque rufescentes. *Thorax* longitudine antice vix duplo, poſtice fere triplo latior, niger, ſubtus pube brevi flavescente, ſupra convexus, glaber, lævis, nitidus, punctis quatuor vel ſex dorſalibus, & quibusdam minoribus marginalibus excavatis. *Scutellum* magnum,

---

*) Tarſi in omnibus hujus generis quinquearticulati.

gnum, triangulare, nigrum, nitidum. *Elytra* nigra, nitida, glabra, valde convexa, lineis quibusdam e punctis, vix nudis oculis conſpicuis, impresſis; antice latitudine dimidiæ longitudinis, poſtice anguſtata, ad ſuturam ſubcarinata. *Alæ* amplæ, albo-hyalinæ, nervis fuscescentibus. *Pectus* nigrum, opacum, pube flavescente; ſterno elevato, glabro, canaliculato, non tamen in medio; poſtice in ſpinam validam, longitudine fere dimidii abdominis, producto. *Abdomen* nigrum, poſtice acuminatum, ſubtus pube brevi ſæpe detrita, flavescente, carina in medio longitudinali. *Pedes* nigri; tarſi compresſi, quadriungulati, ciliis flavescentibus; antici maris ſcuto ſubtriangulari. Maximus noſtratium; Dytisco Latisſimo longior, ſed anguſtior.

II. HYDR. Caraboides *oblongo-ovatus, niger, poſtice rotundatus, elytris ſubſtriatis, ſterno brevi.*

Fabr. *Ent. Syſt. p. 1. p. 183. 4. Hydr. Caraboides.*

Linn. *Syſt. Nat. 11. p. 664. 2. Fn. Sv. 765. Dyt. Caraboides.*

De Geer *Ins. 4. p. 376. 2. Hydr. nigricornis.*

Shæff. *Icon. t. 33. f. 10.*

Habitat in aquis frequens.

Caput nigrum, ſupra nitidum, lunula utrinque antica e punctis excavatis; antennæ flavescentes, clava nigra; palpi fusci. *Thorax* longitudine antice dimidio, poſtice plus duplo latior; niger, ſubtus opacus, mucrone antico, ſupra nitidus, convexus, punctis quatuor vel

 ſex

ſex dorſalibus, & quibusdam minoribus lateralibus impresſis. *Scutellum* triangulare, nigrum, nitidum. *Elytra* latitudine plus quam dimidio longiora, convexa, nigra, nitida, lineis quinque, interioribus diſtinctioribus, e punctis minutis excavatis. *Alæ* albo-hyalinæ. *Pectus* nigrum, pube brevisſima cinerascente, ſterno poſtice ſpinoſo ad femora poſtica ſeſe extendente. *Abdomen* nigrum, pube brevisſima cinerascente, poſtice rotundatum. *Pedes* nigri; tarſi ciliis flavescentibus. Præcedente ſextuplo fere minor.

Obs. Fœminæ maresque ſimillimi, tarſique antici maris absque palmulis.

III. HYDR. Scarabæojdes *ſubovatus, niger, punctatisſimus, elytris ſtriatis, pedibus piceis.*

Fabr. *Ent. Syſt. 1. p. 184.* 8. *Hydr. Scarabæojdes.*

Linn. *Syſt. Nat. 11. 664. 4. Fn. Sv. 766. Dyt. fuscipes. Ibid. Fn. Sv. 404. Sc. aquaticus.*

De Geer *Ins. 4. p. 377. 3. Hydr. fuscipes.*

Habitat in aquis frequens.

Caput nigrum, ſupra nitidum, ſubtilisſime punctatum; antennarum baſis palpique flavescentes. *Thorax* longitudine antice dimidio, poſtice plus duplo latior, niger, ſubtus opacus, ſupra nitidus, ſubmarginatus, ſubtilisſime confertisſime punctatus. *Scutellum* triangulare nigrum. *Elytra* latitudine dimidiæ longitudinis, convexa, piceo-nigra, nitida, undique ſubtilisſime confertisſime punctulata, ſtriis decem punctis paulo majoribus impresſis. *Alæ* am-

amplæ, elytris duplo longioris, albo-hyalinæ, nervis fuſceſcentibus. *Pectus* & *abdomen* nigra, opaca, ſterno antice vix mucronato, poſtice haud producto. *Pedes* picei, vel fuſco-rufeſcentes. Præcedenti quadruplo minor.

IV. HYDR. Orbicularis *niger, ovato-orbiculatus, punctatiſſimus, elytris ſtria unica ſuturali.*

FABR. *Ent. Syſt. 1. 184. 10. Hydr. orbicularis.*
THUNB. *Ins. Sv. 6. p. 73.*

Habitat in aquis frequens.

Caput nigrum, ſupra nitidum, ſubtiliſſime punctatum; antennæ baſi flaveſcentes. *Thorax* longitudine antice duplo, poſtice triplo latior; niger, ſupra nitidus, valde convexus, ſubmarginatus; oculo armato ſubtiliſſime confertiſſime punctatus. *Scutellum* nigrum, triangulare. *Elytra* nigra, nitida, thorace vix latiora, & latitudine haud multo longiora, valde convexa, vel gibba, linea unica antice abbreviata; oculo armato undique ſubtiliſſime confertiſſime temere punctata. *Alæ* elytris duplo longiores, albo-hyalinæ. *Pectus* & *abdomen* nigra, opaca. *Pedes* nigri, tarſis piceis. Hydr. Scarabæoide triplo minor.

V. HYDR. Luridus *oblongus, capite thoracisque medio æneis, elytris punctato-ſtriatis griſeo-flaveſcentibus, maculis fuſcis.*

FABR. *Ent. Syſt. 1. p. 186. 19. Hydr. luridus.*
LINN. *Syſt. Nat. 11. p. 665. 5. Fn. Sv. 767. Dyt. luridus.*
DE GEER *Ins. 4. p. 378. 4. t. 15. f. 1—4 Hydr. fuſcus.*

cus, ſupra flaveſcens, parum convexus, oculo armato ſubtilisſime confertisſime punctatus. *Scutellum* minutum, ſubtriangulare. *Elytra* thorace vix latiora, ſed duplo longiora, parum convexa, flaveſcentia, puncto humerali obſoleto nigro; oculo armato ſubtilisſime confertisſime punctata, ſtriis omnino nullis. *Alæ* amplæ, albo-hyalinæ. *Pectus* & *abdomen* nigra, opaca. *Femora* fuſca, *tibiæ tarſique* palleſcentes. Longitudine præcedentis, ſed paulo anguſtior, minusque convexus.

Var. β. ſubtus niger, ſupra ferrugineus, maculis lineolisque plurimis confluentibus nigris.

Habitat rarior cum var. α. *cui, colore ſupra excepto, ſimillimus.*

Obs. Differt a Hydr. minuto, cui proximus accedit, corpore anguſtiore, minus convexo, elytrisque ſtria ſuturali nulla.

VIII. HYDR. Bicolor *oblongo-ovatus, ſupra flaveſcens, ſubtus niger, elytris ſubtilisſime punctato-ſtriatis.*

Fabr. *Ent. Syſt. 1. p. 184. 12. Hydr. bicolor.*
Thunb. *Ins. Sv. 6. p. 73.*

Habitat in aquis rarior.

Caput ſubtus nigrum, ſupra jam flaveſcens, jam nigrum, macula utrinque ante oculos flaveſcente; palpi flaveſcentes, apice nigri, antici longisſimi. *Thorax* longitudine antice dimidio, poſtice vix duplo latior; ſubtus niger opacus, ſupra convexus, nitidus, flaveſcens, oculo armato ſubtilisſime punctatus. *Elytra* latitudine haud dimidio longiora, convexa, flaveſcentia, puncto

ĉto humerali nigricante; oculo armato ſtriis plurimis, lateralibus magis approximatis, diſtinctioribus, e punctis obſoletis fuscescentibus impreſsis. *Alæ* albo-hyalinæ. *Pectus* & *abdomen* nigra. *Femora* fusca. *Tibiæ tarſique* flavescentes. Magnitudine Hydr. minuti.

Obs. Elytris punctato-ſtriatis optime a præcedentibus diſtinctus.

IX. HYDR. Affinis *oblongus, ſupra fuſcus, ſubtus capiteque nigro; elytris ſubtilisſime temere punctatis, uniſtriatis.*

Thunb. *Ins. Sv. 6. p. 73.*

Habitat in aquis Sveciæ auſtralis frequens.

Caput nigrum, ſupra nitidum, oculo armato ſubtilisſime punctatum; palpi flavescentes, apice nigri, antici elongati. *Thorax* longitudine antice dimidio, poſtice duplo latior, ſubtus niger opacus, ſupra convexus, obſcure fuscus, margine dilutiore; oculo acute armato ſubtilisſime punctatus. *Scutellum* minutum fuscum. *Elytra* latitudine dimidio longiora, fusca, convexa, ſtria unica, antice abbreviata, ad ſuturam impreſſa; oculo acute armato punctis minutisſimis confertisſimis temere adſperſa. *Alæ* albo-hyalinæ. *Pectus* & *abdomen* nigra. *Femora* nigra. *Tibiæ tarſique* picei.

Obs. Differt ab Hydr. minuto corpore triplo minore, elytrisque magis oblongis, minus convexis.

X. HYDR. Hæmorrhoidalis *ovatus niger, thorace gibbo, elytris ſtriatis, apice rufis.*

Fabr. *Ent. Syſt.* 1. *p.* 185. 16 *Hydr. hæmorrhojdalis.*

Habitat in aquis, ſubque lapidibus & muscis locis humidis.

Caput nigrum, ſupra nitidum, ſubtilisſime punctatum; antennarum baſis palpique flavescentes; oculi minuti. *Thorax* longitudine antice duplo, poſtice fere triplo latior, ſubtus niger, opacus, ſupra valde convexus ſeu gibbus, elytris elevatior, nitidus, ſubmarginatus, oculo armato ſubtilisſime confertiſſime punctatus. *Scutellum* triangulare, nigrum, nitidum. *Elytra* nigra, apice determinate rufo; latitudine vix dimidio longiora, convexa, ſtriata, interſtitiis ſtriarum oculo armato ſubtilisſime confertisſime punctulatis. *Alæ* elytris duplo longiores, albo-hyalinæ. *Pectus* & *abdomen* nigra, opaca. *Pedes* picei, tarſis tibiisque dilutioribus. Magnitudine vix ſeminis cannabis.

XI. HYDR. Marginellus *ovatus, niger, lævis, thoracis elytrorumque margine rufo.*

Fabr. *Ent. Syſt.* 1. *p.* 185. 17. *Hydr. marginellus.*

Habitat in Veſtrogothia rarisſime. Dom. Gyllenhal.

Caput nigrum, nitidum, oculo acute armato ſubtilisſime punctulatum; antennarum baſis palpique fusci. *Thorax* latitudine antice vix duplo, poſtice vix triplo latior, niger, nitidus, margine laterali rufo; parum convexus, ſubmarginatus, elytris haud magis elevatus; oculo

lo acute armato ſubtiliſſime confertisſime punctulatus. *Scutellum* nigrum, triangulare. *Elytra* nigra, nitida, margine exteriore a medio ad apicem rufo; latitudine dimidio longiora, parum convexa, oculo nudo omnino læviſſima, acute armato ſubſtriata, interſtitiis ſtriarum ſubtilisſime confertiſſime punctulatis. *Pectus* & *abdomen* nigra, opaca. *Pedes* obſcure picei, tarſis dilutioribus.

Obs. Differt a præcedente, cui affinis videtur, magnitudine paulo minori, colore marginis rufo, corpore minus convexo, elytrisque multo lævioribus.

XII. HYDR. Analis *niger, ſubovatus, poſtice acuminatus, elytris punctato-ſtriatis, apice pedibusque rufis.*

Habitat in aquis Veſtrogothiæ.

Caput nigrum; antennarum baſis palpique rufi. *Thorax* longitudine antice duplo, poſtice triplo latior, niger, ſubtus opacus, ſupra nitidus, convexus, oculo armato ſubtilisſime punctatus. *Scutellum* minutisſimum, nigrum. *Elytra* convexa, nigra, nitida, apice rufo, ſubtilisſime punctato-ſtriata, interſtitiis ſtriarum etiam, oculo acute armato, punctulatis; antice latitudine plus quam dimidiæ longitudinis, poſtice anguſtata, acuminata. *Pectus* & *abdomen* nigra. *Pedes* rufi. Hydr. hæmorrhoidali duplo minor; ſtatura Sphæridii bicoloris, ſed hujus generis antennarum clava ovata, compresſa, elytrisque punctato-ſtriatis.

Digitized by Google

XIII. HYDR. Globulus *ovatus, ſubgloboſus, nigro-fuſcus, thoracis marginibus griſeſcentibus, elytris uniſtriatis, ſubtiliſſime temere punctatis.*

Habitat in aquis Sveciæ meridionalis frequens.

Caput nigrum; oculo armato ſubtiliſſime punctulatum. *Thorax* longitudine antice duplo, poſtice triplo latior, nigro-fuſcus, ſummo margine griſeſcente, nitidus, convexus; oculo acute armato ſubtiliſſime confertiſſime punctatus. *Scutellum* ſubtriangulare, nigro-fuſcum. *Elytra* latitudine parum longiora, ſupra nigro-fuſceſcentia, nitida, valde convexa vel gibba, ſtria unica ſuturali antice abbreviata; oculo acute armato confertiſſime ſubtiliſſime temere punctulata; ſubtus flaveſcentia, punctato-ſtriata. *Alæ* albo-hyalinæ, corpore duplo fere longiores. *Pectus* & *abdomen* nigro-fuſca. *Pedes* nigro-ſubrufeſcentes.

Obs. Statura omnino Hydr. orbicularis, ſed differt corpore quadruplo minore, colore fuſceſcente, & thoracis margine griſeſcente.

XIV. HYDR. Bipunctatus *ovatus, thorace nigro, margine griſeo, elytris griſeis: ſtriis octodecim punctis excavatis, nigris.*

Fabr. *Ent. Syſt. 1. p. 186. 22. Hydr. bipunctatus.*

Linn. *Syſt. Nat. 11. p. 593. 50. Fn. Sv. 533. Chrys. minuta.*

Rossi *Fn. Etr. 1. p. 197. 486. Hydr. coccinelloides.*

Habitat in plantis aquaticis ſubmerſis frequens.

Ca-

Caput nigrum, ſæpius macula utrinque ante oculos pallida, antennarum baſi palpisque griſeis. *Thorax* longitudine antice duplo, poſtice triplo latior, convexus, niger, ſubtus opacus, ſupra nitidus, margine laterali griſeo; oculo armato ſubtiliſſime punctatus. *Scutellum* nigrum, triangulare. *Elytra* latitudine parum longiora, valde convexa, griſea, nitida, ſtriis octodecim punctis minutiſſimis conſertiſſimis nigris, unde oculis nudis plus minusve fuscescentia apparent, margine tamen exteriore ſemper magis griſeo. *Alæ* amplæ albo-hyalinæ. *Pectus* & *abdomen* nigra. *Pedes* griſei. Magnitudine præcedentis.

Obs. Mares fœminis ſimillimi, ſed minores.

XV. HYDR. Truncatellus *niger, oblongus, læviſſimus, elytris truncatis abbreviatis.*

Habitat in ſtagnis & paludibus ſat frequens,

Caput nigrum, ſupra nitidum, palpis anticis longioribus, baſi flavescentibus. *Thorax* longitudine antice dimidio, poſtice duplo latior, niger, ſubtus opacus, ſupra nitidus læviſſimus, parum convexus, immarginatus. *Scutellum* ſubtriangulare, nigrum. *Elytra* nigra, nitida, læviſſima, ſtria ſuturali nulla; latitudine haud duplo longiora, convexa, poſtice truncata, abdomine breviora. *Alæ* albo-hyalinæ. *Pectus* & *abdomen* nigra, opaca, ano acuminato. Femora nigra, tibiis tarſisque piceis. Hydr. orbiculari ſextuplo minor.

Obs. Sub microſcopio etiam compoſito vix punctis quibusdam perſpicuis notatum obſervavi.

XVI.

Digitized by Google

XVI. HYDR. Seminulum *niger, nitidus, globoſus, elytris ſtria ſuturali unica, pedibus piceis.*

Habitat ad ripas lacuum ſub lapidibus paſſim.

Caput nigrum, inflexum, antennis baſi pallidis. *Thorax* longitudine antice plus duplo, poſtice plus triplo latior, lævis, inflexus, ſubtus opacus, ſupra niger, nitidus, valde convexus. *Scutellum* minutum, triangulare, nigrum. *Elytra* longitudine latitudinis, nigra, nitida valde convexa, gibba, lævia, ſtria unica ſuturali. *Alæ* amplæ, albidæ. *Pectus & abdomen* nigra, opaca. *Pedes* picei. Minimus hujus generis, ſeu magnitudine ſeminis papaveris.

Obs. Quieſcens ſeminulum glabrum lucidum refert; exiguitate & globoſitate a congeneribus bene diſtinctus; ſub microſcopio compoſito punctis quibusdam minutis adornatus.

DYTISCUS *).

Palpi ſex filiformes.
Labium corneum, truncatum, integrum.
Antennæ ſetaceæ.

FAMILIA PRIMA.

SCUTELLATI.

I. DYT. Latisſimus *ovatus, niger, elytrorum marginibus dilatatis, linea flava.*

Fabr.

---

*) Tarſi in omnibus hujus generis quinquearticulati.

FABR. *Ent. Syſt. 1. p. 187. 1. Dyt. latisſimus.*
LINN. *Syſt. Nat. 11. p. 665. 6. Fn. Sv. 768. Dyt. Latisſimus.*
DE GEER *Ins. 1. p. 390. Dyt. Latisſimus.*
SCHÆFF. *Icon. t. 277. f. 1. 2.*

Habitat in aquis Uplandiæ minus frequens.

Caput ſubtus brunneum, ſupra nigrum, antice punctoque obſoleto frontali flavo; clypeus flavus; mandibulæ brunneæ; palpi brunneo-flaveſcentes; antennæ capite thoraceque longiores, flaveſcentes; oculi griſei, punctis nigricantibus. *Thorax* antice pro recipiendo capite emarginatus, poſtice transverſus; longitudine plus duplo latior, convexus, margine laterali parum dilatato, ſulculo dorſali nec baſin nec apicem attingente; ſupra niger, margine omni late flavo, ſubtus brunneus, ſpina valida in ſterno incumbente. *Scutellum* nigricans, apice ſubrotundo. *Elytra* nigra, linea laterali faſciaque verſus apicem flavis; parum convexa, antice transverſa, poſtice rotundata, margine laterali valde dilatato, depresſo; in mare lævia, lineis tribus longitudinalibus obſoletis ſubelevatis, antice poſticeque abbreviatis, punctisque minutisſimis excavatis adjacentibus: in fœmina ſulcis utrinque decem, nec baſin nec apicem attingentibus, exterioribus profundioribus. *Alæ* amplæ, albo-hyalinæ, nervis flavicantibus. *Pectus* brunneum, ſterno glaberrimo, nitido, antice poſticeque canaliculato, poſtice bifido, acuminato. *Pedes* natatorii, brunnei; tarſis intermediis in mare dilatatis, poſticis patellatis; in femina tarſi omnes, ut in reliquis hujus ge-

generis ſimplices. Reliquos congeneres omnes magnitudine ſuperat, & ovo minoris gallinæ accedit.

II. DYT. Marginalis *oblongo-ovatus, ſupra niger, thoracis marginibus omnibus, elytrorumque exteriori flavis, ſterno acuminato.*

Fabr. *Ent. Syſt. 1. p. 187. 3. Dyt. marginalis.*

Linn. *Syſt. Nat. 11. p. 665. 7. Fn. Sv. 769. Dyt. marginalis. mas. Syſt. Nat. p. 666. 8. Fn. Sv. 772. Dyt. ſemiſtriatus. femina.*

De Geer *Ins. 4. p. 591. 2. Dyt. toto-marginalis.*

Rossi *Faun. Etr. 1. p. 198. Dyt. marginalis.*

Schæff. *Icon. Ins. t. 8. f. 8.*

Muller *Prodr. zool. Dan. p. 70. 663. Dyt. marginalis N:o 665. Dyt. Semiſtriatus.*

Habitat in lacubus & ſtagnis ubique frequens.

Caput ſubtus brunneo-flavicans, ſupra nigrum, puncto utrinque laterali impreſſo; antice, maculaque obſoleta interoculari flavo: clypeus flavus; mandibulæ brunneæ; palpi antennæque flaveſcentes. *Thorax* longitudine plus duplo latior, lævis, glaber, antice pro receptione capitis emarginatus, poſtice transverſus; ſubtus flavicans, ſpina valida ſterno incumbente; ſupra convexus, niger, nitidus, margine omni late flavo; dorſo lineola abbreviata longitudinali impreſſa, ſtriaque transverſali ſinuata, e punctis plurimis in margine flavo anteriore; poſtice in mare puncta quædam vaga verſus marginem excavata ſunt, fœmi-

mina vero in tota ſuperficie thoracis, oculo armato ſubtilisſime eſt punctata. *Scutellum* nigrum, apice ſubrotundo. *Elytra* thorace haud dimidio latiora, at quintuplo fere longiora, parum convexa, antice transverſa, poſtice rotundata; nigra, margine exteriore flavo; in mare punctis rarioribus nudis oculis inconſpicuis, lineisque tribus longitudinalibus, exteriore obſoletiore, e punctis paullo majoribus excavatis; in fœmina ſubtilisſime conſertisſime punctata, ſulcis decem baſin haud attingentibus, & poſtice pone medium abbreviatis. *Alæ* amplæ, thoracis elytrorumque longitudine, albæ, nervis fuscis. *Pectus* & *abdomen* livido-flavescentia, ſterno obſcuriore, nitidiore, e medio verſus apicem canaliculato, poſtice bifido, acuminato. *Pedes* flavescentes, tarſis anticis in mare patellatis, intermediis dilatatis. Longitudine & latitudine unius elytri præcedentis vix ſuperat.

Obs. Inter omnia & centena individua a me in patria viſa, ſemper illa, quæ elytra lævia habent, patellis inſtructa vidi, nunquam vero elytris ſulcatis inſignia, patellata fuerunt, quod etiam Geoffroy & De Geer asſeruerunt. Il. vero Müller & Rossi, locis citatis, individua lævia, patellis tamen orbata, vidisſe indicant, Rossi etiam nuperrime mecum tale individuum benevole communicavit, patellatis in reliquis omnino ſimillimum, ut difficile ſit dijudicare an ſpecie diſtinctum? vel an mares hujus ſpeciei interdum etiam, ſed rarisſime, defectu quodam naturali, patellis careant?

III. DYT. Punctulatus *oblongo-ovatus, niger, thoracis elytrorumque marginibus exterioribus flavis; ſterno apice rotundato.*

Fabr.

Fabr. *Ent. Syſt.* 1. *p.* 188. 4. *Dyt. punctulatus.*

De Geer *Inſ.* 4. *p.* 396. 3. *Dyt. laterali-marginalis.*

Roesel *Inſ.* 2. 2. *Aquat.* 1. *t.* 2.

Habitat in aquis Sueciæ auſtralis minus frequens; in Uplandia ad Læſſtad. De Geer.

Caput nigrum, fronte antice flava, puncto utrinque impreſſo, ſæpiusque macula obſoleta interoculari rufeſcente; clypeus flavus; mandibulæ antennæque brunneæ; palpi flaveſcentes; oculi griſei. *Thorax* niger, margine exteriore late flavo, antice pro receptione capitis emarginatus, poſtice transverſus; ſubtus ſpina valida ſterno incumbente, ſupra convexus, lineola leviſſima abbreviata longitudinali dorſali, alteraque antica transverſali e punctis excavatis; poſtice in mare rugæ quædam leviores, nudis tamen oculis conſpicuæ, impreſſæ ſunt; fœmina vero in tota ſuperficie thoracis, oculo armato, ſubtiliſſime confertiſſime eſt punctata. *Scutellum* ſubtriangulare, nigrum. *Elytra* thorace haud dimidio latiora, at quadruplo longiora, parum convexa, nigra, nitida, margine exteriore, præſertim antice flavo, faſciaque poſtica obſoleta, ſinuata, transverſa; in mare oculo armato undique ſubtiliſſime punctata, oculo nudo lineis tribus longitudinalibus e punctis paulo majoribus excavatis; in fœmina ſulcis utrinque decem baſin haud attingentibus, & pone medium abbreviatis. *Alæ* amplæ, thoracis elytrorumque longitudine, albæ, nervis fuſcis. *Pectus* nigrum

grum, nitidum, ſterno antice poſticeque canaliculato, poſtice bifido, apicibus rotundatis. *Abdomen* nigrum, nitidum. *Pedes* obſcure brunnei, tarſis anticis patellatis, intermediis dilatatis.

OBS. A præcedente differt thorace antice poſticeque nigro, corpore ſubtus obſcuriore, & ſterno poſtice rotundato.

DYT. Sulcatus *ovatus, ſupra planiuſculus, lineis quinque elevatis.*

FABR. *Ent. Syſt. 1. p. 189. 8. Dyt. ſulcatus.*

LINN. *Syſt. Nat. 2. p. 166. 11. Fn. Sv. 771. Dyt. cinereus mas. — Syſt. Nat. Ibid. N:o 13. Fn. Sv. 773. Dyt. ſulcatus fœmina.*

DE GEER *Ins. 1. p. 397. 4. Dyt. faſciatus.*

ROESEL *Ins. Aquat. 1. t. 3. f. 7.*

SCHÆFF. *Icon. t. 3. f. 3.*

Habitat in aquis ubique frequens.

Caput flavum; fronte nigra, lineola angulata, maculiſque duabus interocularibus flavis; oculi cinerascentes; antennæ elytrorum fere longitudine. *Thorax* pro capite recipiendo emarginatus, longitudine antice duplo, poſtice triplo fere latior; ſubtus ſpina valida ſterno incumbente, ſupra parum convexus; in mare flavus, fasciis duabus transverſis dorſalibus nigris, ſæpius ad latera connatis; in fœmina ſubtus niger, ſupra flavus, fasciis duabus dorſalibus nigris, ſæpius ad latera connatis, maculam oblongam flavo-griſeo-villoſam, includentibus. *Scutellum* minutum, apice ſubrotundum. *Elytra* latitudine haud dimidio longiora, ſubdepreſſa, antice transverſa, po-

 ſti-

ſtice rotundata; fuſcescentia, margine exteriore, lineaque tenuiſſima ſuturali flavis; in mare ſubtiliſſime confertiſſime punctata, glabra, lineis quinque longitudinalibus obſoletis, vix niſi certo ſitu oculis nudis conſpicuis, elevatis, apice abbreviatis; in fœmina lineis quinque abbreviatis, valde elevatis, interſtitiis ſeu ſulcis interjacentibus pilis denſis griſeis tectis. *Alæ* albohyalinæ, nervis fuſcis. *Pectus* nigrum, ſubtiliſſime punctatum, ſterno nitidiore, poſtice bifido, apicibus rotundatis. *Abdomen* nigrum, ſegmentorum marginibus rufis, maculisque utrinque quinque flavis. *Pedes* flavi, femoribus poſticis baſi, tarſisque omnibus brunneis; poſticis obſcurioribus, intermediis in mare dilatatis, anticis patellatis. Dyt. Marginali plus duplo brevior, ſed non duplo anguſtior eſt.

V. DYT. Bilineatus *ovatus, elytris ſubdepreſſis fuſcis, flavo-irroratis, poſtice dilatatis, margine fulvo.*

De Geer *Inſ. 4. p. 401. 6. Dyt. bilineatus.*
Habitat apud nos rariſſime, nec niſi fœminam unicam vidi.

Caput fulvum; mandibulæ obſcuriores; frons poſtice, lineisque duabus interocularibus transverſis, angulatis, nigris; antennæ palpique flavi, oculi griſei. *Thorax* longitudine antice duplo, poſtice triplo latior, fulvus, ſubtus immaculatus, dente valido ſterno incumbente; ſupra convexus, margine antico poſticoque nigro. *Elytra* fuſca, punctis confertiſſimis flavis irrorata, linea tenuiſſima ſuturali, margineque exteriore fulvis; glabra, læviſſima, lineis

neis tribus longitudinalibus, e punctis minutiſſimis, nudis oculis inconſpicuis; latitudine baſeos dimidio longiora, antice parum convexa, poſtice depreſſa, e medio dilatata. *Alæ* albidæ. *Pectus* fulvum, ſterno ſubcanaliculato, apice bifido rotundato. *Abdomen, pedesque* fulva. Statura fere præcedentis, at paulo minor.

Obs. A ſequenti differt elytris poſtice dilatatis, magisque depreſſis, & thorace antice poſticeque nigro.

VI. DYT. Cinereus *oblongo-ovatus, fulvus, capite thoraceque nigro-lineatis, elytris fuscis flavo-irroratis, margine fulvo.*

Fabr. *Ent Syſt. 1. p. 190. 15. Dyt. cinereus, ſed ſynonyma* Linnéi, De Gerii *&* Geofroyæ *Dyt. Sulcatum ſpectant.*

Habitat in aquis Uplandiæ, Veſtrogothiæ, & Scaniæ minus frequens.

Caput fulvum; mandibulæ obſcuriores; frons poſtice, lineisque duabus transverſis angulatis nigris; oculi griſei. *Thorax* fulvus, longitudine antice duplo, poſtice triplo latior; lineolis duabus dorſalibus transverſis nigris, altera antica, altera poſtica inæquali, marginem nullo modo attingentibus; oculo armato parum rugoſus. *Scutellum* minutum, ſubtriangulare, fuſcum. *Elytra* fuſca, punctis confertiſſimis flavis undique irrorata, margine exteriore, lineaque obſoleta ſuturali fulvis; latitudine plus quam dimidio longiora, parum convexa, glabra, læviſſima, lineis tribus longitudinalibus e punctis minutiſſimis,

excavatis, vix nudis oculis conſpicuis. *Alæ* albidæ, nervis fuscescentibus. *Pectus* flavescens, ſterno canaliculato, apice bifido, rotundato. *Abdomen* & *pedes* fulvo-flavescentia, tarſis anticis in mare patellatis. Præcedente vix brevior, ſed anguſtior.

Obs. Fœminæ maribus ſimillimæ, ſed tarſi omnes ſimplices: variat rarius capite linea unica angulata, nigra.

VII. DYT. Notatus *oblongus, thorace flavo in medio nigro-maculato, elytris impunctatis fuscis, flavo-irroratis.*

Fabr. *Ent. Syſt. 1. p. 195. 38. Dyt. notatus.*

Müller *Prodr. p. 72. 171. Dyt. roridus.*

Habitat in aquis Uplandiæ ſat frequens.

Caput nigrum, antice flavum punctisque duobus interocularibus ferrugineis in lineolam transverſalem poſitis, & interdum confluentibus. *Thorax* antice pro receptione capitis emarginatus, longitudine duplo latior, lineola transverſali e rugis minutisſimis, poſtice paulo rotundatus, dilatatus; ſubtus ſpina valida, ſupra lævis, glaber, convexus, flavus, maculis tribus nigris in lineam transverſalem poſitis, quarum intermedia major, elongata, laterales punctiformes, interdum obſoletæ: margo poſticus verſus ſcutellum interdum nigricat. *Scutellum* ſubtriangulare, nigrum. *Elytra* latitudine duplo longiora, parum convexa; in mare lævia, glabra; in fœmina, cœterum mari ſimillima, antice rugoſa: rugis brevisſimis vix nudis oculis conſpicuis, confertisſime ſparſis; in utroque ſexu impuncta-

ta,

Digitized by Google

ta, fuſca, flavedine parcius undique irrorata, interdumque obſolete lineata, margine exteriore ſuturaque flavis. *Alæ* albo-hyalinæ. *Pectus* nigrum, ſterno canaliculato, poſtice rufescente, bifido, rotundato. *Abdomen* ſæpius fuſco-brunneum, interdum, apud juniores forſan, præſertim in ſegmentorum marginibus, brunneo-flavicans. *Pedes* flavi, tarſis anticis in mare patellatis, intermediis dilatatis. Dimidio minor eſt Dyt. Cinereo.

Obs. Thorace in medio maculato diſtinguitur, ſed elytris in mare lævibus, in fœmina ſubrugoſis, lineisque nullis e punctis excavatis, peculiariter a ſequentibus differt.

VIII. DYT. Agilis *oblongus, niger, ore, thoracis medio, elytrorum margine pedibusque flavis; elytris punctato-ſtriatis.*

Fabr. *Ent. Syſt. 1. p. 194. 33. Dyt agilis.*

De Geer *4. p. 400. 6. Dyt. bilineatus var. β.*

Habitat in aquis Uplandiæ ſat frequens.

Caput nigrum, ore flavo, lineolaque interrupta ferruginea, transverſali, interoculari; frons antice puncto utrinque excavato; antennæ capite thoraceque longiores, baſi flavæ, apice fuſcæ. *Thorax* longitudine antice duplo, poſtice vix triplo latior, convexus, antice emarginatus, lineola transverſali e rugis minutisſimis, poſtice ſubrotundus; ſubtus ſpina valida ſterno incumbente; ſupra convexus, flavus, margine antico poſticoque nigro. *Scutellum* minutum, ſubtriangulare, nigrum. *Elytra* latitudine duplo longiora, glabra, nigra, margine exteriore flaveſcente; in mare lævia, ſtriis tri-

bus longitudinalibus e punctis minutis, remotis, impreſsis; oculo armato, lineola ſuturali obſoleta, punctisque rarioribus minutisſimis, flaveſcentibus; in fœmina paulo magis flavo-irrorata, ſtria unica margini interiori propiore, e punctis minutisſimis, & antice inter ſtriam illam & marginem exteriorem, oculo acute armato, ſubtilisſime rugoſa. *Alæ* albo-hyalinæ. *Pectus* nigrum, ſterno canaliculato, apice bifido, rotundato. *Abdomen* nigrum, ſegmentorum marginibus rufeſcentibus. *Pedes* flavo-rufeſcentes, tarſis anticis in mare patellatis, intermediis dilatatis. Magnitudine præcedentis, ſed paulo convexior.

IX. DYT. Collaris *oblongus, flavus, capite poſtice fuſco, elytris fuſcis flavo-irroratis, ſtriis e punctis minutisſimis.*

FABR. *Ent. Syſt. 1. p. 195. 38. Dyt. notatus, var. thorace rufo immaculato.*

Habitat in aquis Uplandiæ.

Caput flavum; frons antice punctis duobus excavatis, poſtice fuſca, lineola transverſa, interrupta, flava; oculi nigricantes; antennæ apice fuſceſcentes. *Thorax* flavus, longitudine antice duplo, poſtice triplo latior; ſubtus ſpina valida ſterno incumbente; ſupra convexus, antice linea transverſa e rugis minutisſimis, poſtice macula parva obſoleta verſus ſcutellum, fuſca. *Scutellum* ſubtriangulare, fuſcum. *Elytra* fuſca, rivulis punctisque confertioribus indiſtinctis, margine exteriore lineaque obſoleta ſuturali flavis; latitudine haud duplo longiora, parum convexa, lævia, glabra,

Digitized by Google

bra, ſtriis tribus, exteriore obſoletiore, e punctis minutiſſimis excavatis, nudis oculis inconſpicuis. *Alæ* albo-hyalinæ. *Pectus* flavum, ſterno canaliculato, poſtice bifido, rotundato. *Abdomen* flavum, vix fuſceſcens. *Pedes* flavi, tarſis anticis in mare patellatis, intermediis dilatatis. Latitudine, ſed vix longitudine Dyt. Notati.

Obs. Fœminæ maribus ſimillimæ, ſed tarſis ſimplicibus inſtructæ. Differt a præcedente colore, corpore paulo latiore, elytriſque minus convexis in utroque ſexu ſimilibus.

X. DYT. Arcticus *oblongus, ſupra fuſcus, ore, thoracis medio, margineque elytrorum ruſceſcentibus, elytris impunctatis ſubtiliſſime rugoſis.*

Habitat in aquis Lapponiæ Tornoënſis, in vicinitate alpium. Dom. Quensel.

Caput fuſcum; antennis ore punctiſque duobus frontalibus interocularibus; oculi nigri. *Thorax* antice longitudine fere duplo, poſtice vix triplo latior; ſubtus ruſeſcens, dente valido ſterno incumbente; ſupra convexus, antice poſticeque fuſcus, in medio ruſeſcens; oculo acute armato ſubtiliſſime rugoſus. *Scutellum* triangulare, fuſcum. *Elytra* thorace vix latiora, ſed latitudine duplo fere longiora, convexa, fuſca, margine ruſeſcente; oculo nudo lævia, ſed armato undique ſubtiliſſime rugoſa, lineis e punctis excavatis nullis. *Alæ* albo-hyalinæ. *Pectus* & *abdomen* nigro-brunnea, ſterno apice bifido, rotundato. *Pe-*

des rufi, tarſis anticis in mare patellatis, intermediis dilatatis. Præcedente dimidio minor.

Obs. Fœminæ maribus ſimillimæ, ſed tarſi ſimplices. Character eſſentialis hujus ſpeciei in elytris undique rugoſis impunctatis, in utroque ſexu ſimilibus, conſiſtit.

XI. DYT. Striatus *oblongus, thorace flavo, faſcia abbreviata nigra, elytris fuscis transverſim ſtriatis, poſtice attenuatis.*

Fabr. *Ent. Syſt. 1. p. 189. 10. Dyt. ſtriatus.*

Linn. *Syſt. Nat. 11. p. 665. 9. Fn. Sv. 717. Dyt. ſtriatus.*

Habitat in aquis ſat frequens.

Caput nigrum, ore antennisque flavis; frons puncto antico utrinque impreſſa, lineolaque transverſa interoculari ferruginea; oculi nigri. *Thorax* longitudine antice duplo, poſtice fere triplo latior; ſubtus niger, ſpina valida ſterno incumbente; ſupra convexus, flavus, faſcia media nigra, marginem lateralem haud attingente; oculo armato undique ſubtiliſſime rugoſus. *Scutellum* ſubtriangulare, nigrum. *Elytra* antice thorace paulo latiora, poſtice anguſtata; latitudine duplo longiora, parum convexa, nigro-fuſca, margine exteriore flaveſcente; conſertiſſime ſubtiliſſime, vix oculis nudis perſpicue, transverſim ſtriata, lineis duabus longitudinalibus e punctis minutis, ſine lente tamen conſpicuis, punctisque aliquot vagis verſus marginem exteriorem. *Alæ* albo-hyalinæ, nervis flaveſcentibus. *Pectus* nigrum, ſterno canaliculato, poſtice bifido, rotundato. *Abdomen* nigrum, ſegmentorum margini-

Digitized by Google

ginibus brunneis. *Pedes* jam rufo-flavi, jam picei, tarſis anticis in mare patellatis, intermediis dilatatis. Dyt. Sulcato longior, ſed dimidio fere anguſtior.

Obs. Fœminæ maribus ſimillimæ ſed tarſi ſimplices.

XII. DYT. Fuscus *oblongo-ovatus, thorace piceo, margine flaveſcente, elytris transverſim ſtriatis, lineis tribus punctis excavatis.*

Fabr. *Ent. Syſt. 1. p. 189. 11. Dyt. fuscus.*

Linn. *Syſt. Nat. 11. p. 665. 10. Dyt. fuscus.*

De Geer *Ins. 4. p. 399. 5. Dyt. transverſe ſtriatus.*

Habitat in aquis frequens.

Caput piceum, antice rufum, puncto utrinque impreſſo, punctisque interdum duobus interocularibus rufis; palpi flaveſcentes; antennæ capite thoraceque longiores fusceſcentes, baſi flavæ. *Thorax* longitudine antice duplo, poſtice triplo latior, ſubtus niger, dente valido ſterno incumbente; ſupra convexus, piceus, fascia obſoleta media, transverſa, obſcuriore, margineque laterali flavicante; oculo acute armato undique ſubtilisſime rugoſus. *Scutellum* ſubtriangulare, nigrum. *Elytra* latitudine paulo plus quam dimidio longiora, dilute fusca, margine flavicante; parum convexa, poſtice rotundata, undique oculo armato ſubtilisſime transverſim ſtriata, lineis tribus longitudinalibus e punctis minutis, nudis tamen oculis conſpicuis, impresſis. *Alæ* albo-hyalinæ. *Pectus* nigrum, ſterno apice bifido, rotundato. *Abdomen* nigrum, ſegmento-

torum marginibus brunneis. *Pedes* nigro-picei, tarſis anticis in mare patellatis, intermediis dilatatis. Præcedente paulo brevior & latior.

Obs. Fœminæ maribus ſimillimæ, ſed tarſi ſimplices. Ab ill. De Geer aliisque cum Dyt. Striato, cui valde affinis, confuſus videtur, ſed diſtinguitur colore, corpore breviore, poſtice minus auguſtato, elytrisque lineis tribus diſtinctis e punctis impresſis.

XIII. DYT. Dolabratus *oblongus, thorace flavo, faſcia media abbreviata nigra, elytris transverſim ſtriatis, impunctatis.*

Habitat in aquis Lapponiæ Tornoënſis. A Dom. Grape, *Paſtore in paræcia Enonteckis, & de Hiſtoria naturalis iſtius loci bene merito mihi misſus.*

Caput nigrum, ore flavo, puncto utrinque antico fronti impresſo, lineaque transverſa obſoleta interoculari rufa; palpi flavi, apice fusci; antennæ capite thoraceque longiores, fuscescentes, baſi flavæ. *Thorax* longitudine antice plus duplo, poſtice vix triplo latior, ſubtus niger, ſpina valida ſterno incumbente, ſupra convexus, flavus, faſcia media nigra, marginem haud attingente; oculo bene armato ſubtilisſime rugoſus. *Scutellum* triangulare, fuscum. *Elytra* latitudine fere duplo longiora, parum convexa, poſtice ſubanguſtata, nigro-fusca, margine exteriore flaveſcente; undique ſtriis transverſis confertisſimis, nudis oculis bene conſpicuis, lineis vero, e punctis excavatis, nullis, ſed rugis quibusdam obſoletis longitudinalibus. *Alæ* albo-hyalinæ. *Pe-*

ctus

ctus nigrum, ſterno canaliculato, apice rufo, bifido, rotundato. *Abdomen* nigrum, ſegmentorum marginibus rufis. *Pedes* rufo-flavi, macula oblonga in ſingulis femoribus nigra; tarſi in fœmina ſimplices. Longitudine fere præcedentis ſed paulo anguſtior.

Obs. Marem haud vidi. A præcedentibus differt magnitudine paulo minori, elytrisque impunctatis, multo evidentius ſtriatis.

XIV. DYT. Hybneri *oblongo-ovatus, niger, ore, thoracis elytrorumque margine flavis, elytris punctato-ſtriatis.*

Fabr. *Ent. Syſt. 1. p. 192. 24. Dyt. Hybneri.*

De Geer *Ins. 4. p. 401. 7. Dyt. ſemi-niger.*

Habitat in Svecia auſtrali minus frequens.

Caput nigrum, antice flavum, puncto utrinque impreſſo, punctisque duobus interocularibus rubris; antennæ palpique flavi; oculi griſei. *Thorax* longitudine antice duplo, poſtice triplo latior, ſubtus nigro-piceus, ſpina valida; ſupra convexus, immarginatus, niger, margine laterali late, antico vero tenuiter flavis; linea antica & altera poſtica in medio, rugis minutis interrupta. *Scutellum* triangulare, nigrum. *Elytra* latitudine haud duplo longiora, convexa, nigra, margine exteriore inæqualiter flavo, apice tamen nigro; in mare lineis tribus, apice coëuntibus, e punctis nudis oculis conſpicuis, minutis, impreſſis, & margine exteriore punctis plurimis temere ſparſis; in fœmina lineis modo duabus e punctis impreſſis, & antice a lineola exteriore ad marginem punctis frequentioribus oblongis, vix

vix nudis oculis conſpicuis. *Alæ* albo-hyalinæ. *Pectus* & *abdomen* nigra; ſterno canaliculato, apice bifido, rotundato. *Pedes* picei, tarſis anticis in mare patellatis, intermediis dilatatis. Dyt. Cinereum longitudine æquiparat, ſed paulo anguſtior & convexior.

XV. DYT. Transverſalis *oblongo-ovatus, niger, capite, thorace antice, elytrorum margine ſtriaque baſeos abbreviata flavo-ferrugineis.*

FABR. *Ent. Syſt. 1. p. 192. 26. Dyt. transverſalis.*

Habitat in Svecia auſtrali rarius, in Germania magis frequens.

Caput flavo-ferrugineum, puncto utrinque antice impreſſo; frons poſtice fusca; oculi griſei. *Thorax* longitudine antice duplo, poſtice vix triplo latior, ſubtus antice flavus, dente valido, poſtice niger; ſupra convexus, immarginatus, lævis, antice margineque exteriore flavo-ferrugineus, poſtice niger; oculo armato, ſtria antica, transverſa, e rugis minutisſimis. *Scutellum* triangulare, nigrum. *Elytra* latitudine duplo longiora, convexa, glabra, lineis tribus poſtice coëuntibus, e punctis minutis, nudis tamen oculis conſpicuis; nigra, nitida, ſtria abbreviata baſeos, puncto diſtincto apicis, margineque exteriore flavo-ferrugineis. *Alæ* albo-hyalinæ. *Pectus* & *abdomen* picea, ſterno canaliculato, poſtice bifido, rotundato. *Pedes* flavi, poſtici piceo-ferruginei; tarſi antici in mare patellati, intermedii dilatati.

OBS.

Obs. Fœminam haud vidi.

XVI. DYT. Feneſtratus *oblongus, lævis, glaber, elytris nigris dorſo gibboſis, poſtice anguſtatis, punctis duobus feneſtratis.*

Fabr. *Ent. Syſt.* 1. *p.* 192. 23. *Dyt. feneſtratus.*

De Geer *Ins.* 4. *p.* 401. 8. *Dyt. ater.*

Schæff. *Icon. Ins. t.* 8. *f.* 9.

Habitat in aquis ubique frequens.

Caput nigrum, antice brunneum, puncto utrinque impreſſo, lineolaque interrupta interoculari, brunnea; antennæ palpique brunnei. *Thorax* longitudine antice duplo, poſtice vix triplo latior; ſubtus piceus, ſpina valida; ſupra niger, valde convexus, ſubmarginatus, lineola antica & alia poſtica e rugis minutiſſimis. *Scutellum* minutum, triangulare, nigrum. *Elytra* latitudine fere duplo longiora, ſubmarginata, convexa, poſtice anguſtata, in medio gibba; glabra, læviſſima, nigra, punctis duobus flavo-feneſtratis oblongis, margini exteriori propioribus, altero in medio, altero apicis. *Alæ* albo-hyalinæ, nervis flavicantibus. *Pectus & abdomen* picea, ſterno canaliculato, apice bifido, rotundato. *Pedes* picei, femoribus tibiisque punctulatis; tarſi antici in mare vix patellati, ſed ut intermedii, dilatati, piloſi. In fœmina, mari ſimillima, tarſi omnes ſimplices. Longitudine ſæpius Dyt. Cinerei, ſed anguſtior.

Obs. Plurima utriusque ſexus individua, dimidio & quædam fere duplo minora cœtero ſimillima e Lapponia & Scania accepi, nonnulla etiam

etiam maculis feneſtratis vix conſpicuis, niſi elytra eleventur: an ſpecie diſtincta? ſed characteres ſufficientes nullo modo extricare valui.

XVII. DYT. Bipuſtulatus *oblongo-ovatus, ſupra niger, elytris punctatis poſtice planiusculis.*

FABR. *Ent. Syſt.* 1. *p.* 191. 20. *Dyt. bipuſtulatus.*

LINN. *Syſt. Nat.* 11. *p,* 667. 17. *Dyt. bipuſtulatus.*

Habitat in aquis frequens.

Caput nigrum, antice brunneum, puncto utrinque impreſſo, punctisque duobus interocularibus rubris; oculi griſei; antennæ palpique brunnei. *Thorax* longitudine antice vix duplo, poſtice fere triplo latior; ſubtus obſcure piceus, dente valido, ſupra niger, nitidus, ſubmarginatus, convexus, oculo armato ſubtiliſſime rugoſus. *Scutellum* ſubtriangulare, nigrum. *Elytra* latitudine dimidio longiora, nigra, immaculata, antice parum convexa, poſtice depreſſa, obtuſa; oculo armato antice lineis duabus longitudinalibus e punctis excavatis, poſtice in latere exteriore, punctis temere ſparſis. *Alæ* albo-hyalinæ, nervis fuſcis. *Pectus* & *abdomen* obſcure picea; ſterno canaliculato, apice bifido rotundato. *Pedes* picei, tarſis anticis in mare patellatis, intermediis dilatatis; in fœmina, cœtero mari ſimillima, tarſi omnes ſimplices.

OBS. Licet character Ill. LINNEI & FABRICII omnino emendendus ſit, quia plures ſpecies pun-

Digitized by Google

punctis interocularibus rubris notatæ occurrunt, nomen tamen retinui. Differt a præcedente corpore latiore elytrisque magis depreſſis, punctulatis.

XVIII. DYT. Fuscipennis *oblongo-ovatus, elytris fuscis, punctulatis, dorſo gibboſis, poſtice anguſtatis.*

In ſtagno in Veſtrogothia rarius legit Dom. Gyllenhal.

Caput piceum, ore flavescente; palpi apice nigri; antennæ flavescentes, longitudine dimidii corporis; frons punctis duobus interocularibus rubris. *Thorax* longitudine antice vix duplo, poſtice haud triplo latior; ſubtus piceo-flavescens, ſpina valida; ſupra parum convexus, lævis, niger, margine exteriore fusco-flavescente, lineola antica, & alia poſtica e rugis minutiſſimis. *Scutellum* triangulare, nigrum. *Elytra* latitudine dimidio longiora, fusca, margine obſolete flavescente, dorſo gibbo; antice thorace latiora, poſtice anguſtata, depreſſa; oculo armato antice lineis duabus vix diſtinctis e punctis minutis impreſſis, poſtice punctis temere ſparſis. *Alæ* albo-hyalinæ. *Pectus* nigrum, ſterno piceo, poſtice bifido, rotundato. *Abdomen* nigrum, ſegmentorum marginibus rufescentibus. *Pedes* antici flavi, linea femorali picea, tarſis in mare patellatis; intermedii flavo-picei; poſtici picei. Magnitudine præcedentis.

Obs. Differt a Dyt. Bipuſtulato, cui ſatis affinis videtur, colore, elytrisque magis convexis, poſtice anguſtatis.

XIX. DYT. Fuliginoſus *oblongus, elytris lævibus, latitudine duplo longioribus, nigris, margine exteriore flavo.*

Fabr. *Ent. Syſt. 1. p. 191. 19. Dyt. fuliginoſus.*

Habitat in aquis ubique frequens.

Caput antice rufum, poſtice nigrum, punctis ſæpius duobus interocularibus rubris; antennæ palpique flavi; oculi fusci. *Thorax* longitudine antice vix duplo, poſtice haud triplo latior, ſubtus piceus, dente valido, acutisſimo; ſupra ſubmarginatus, convexus, lævis, glaber, niger, nitidus, margine exteriore rufescente; oculo armato ſtria antica e rugis minutisſimis. *Scutellum* minutum, triangulare, nigrum. *Elytra* latitudine duplo longiora, nigra, nitida, margine exteriore, præſertim antice, flavo; glabra, lævisſima, dorſo valde convexo, poſtice ſubdepresſa, anguſtata. *Alæ* albo-hyalinæ. *Pectus* obſcure brunneum, ſterno canaliculato, apice bifido, rotundato. *Abdomen* jam obſcurius, jam dilutius rufo-brunneum. *Pedes* jam rufi, jam rufo-flavescentes; tarſi antici & intermedii in in mare dilatati, piloſi; in fœmina, cœtero mari ſimillima, tarſi omnes ſimplices. Longitudo fere Dyt. Agilis, ſed anguſtior.

Obs. Statura Dyt. Feneſtrati, & a præcedente, cui affinis, præſertim corpore magis oblongo, diſtinctus. Sæpe in muſeis, pro Dyt. Uliginoſo occurrit, nescio qua ratione; nam deſcriptio Linneana huic haud convenit, & a vero Dyt. Uliginoſo differt corpore oblongo, minime ovato, elytris lævisſimis &c.

XX.

XX. DYT. Guttatus *oblongus, elytris ſubdepreſſis obſolete punctato-ſtriatis, nigris: puncto in medio flavo-feneſtrato.*

Habitat in aquis Weſtrogothiæ.

Caput nigrum, palpis antennisque ferrugineis, puncto utrinque antice impreſſo, lineolaque interrupta interoculari rubra. *Thorax* longitudine antice duplo, poſtice vix triplo latior, niger, margine laterali elevato, ferrugineo; parum convexus, ſtria antica, & alia poſtica e rugis minutisſimis. *Scutellum* triangulare, nigrum. *Elytra* latitudine duplo longiora, ſubdepreſſa, nigra, puncto rotundo paulo pone medium, margini exteriori propiore, flavo-feneſtrato; antice lineis tribus obſoletis e punctis, nudis oculis vix conſpicuis, impresſis, poſtice ſubtilisſime temere punctulata. *Alæ* amplæ, hyalinæ, parum fuscescentes. *Pectus* & *abdomen* nigra. *Pedes* nigro-picei; tarſi antici & intermedii in mare dilatati, in fœmina, cœtero mari ſimillima, ſimplices. Dyt. 2 puſtulato ſæpius dimidio minor.

Obs. Si elytra elevantur, punctum alterum minutum flavo-feneſtratum verſus apicem obſervatur. Differt a Dyt. Feneſtrato magnitudine, corpore minus convexo, elytris punctulatis, &c.

XXI. DYT. Affinis *oblongus, convexus, niger, elytris temere punctatis, maculis duabus feneſtratis, antennarum baſi pedibusque rufis.*

Habitat rarius in aquis Lapponiæ Tornoënſis,

ënſis. Dom. QUENSEL: *in Smolandia,* Dom. BOGEMAN: *in Veſtrogothia,* Dom. GYLLENHAL.

Caput nigrum, fronti puncto antico utrinque impreſſo, punctisque duobus interocularibus rubris; mandibulæ brunneæ; palpi flaveſcentes, apice fuſci; antennæ capite thoraceque longiores, baſi rufo-flaveſcentes, apice fuſcæ; oculi fuſci. *Thorax* longitudine antice duplo, poſtice vix triplo latior, niger, ſubtus ſpina valida, ſupra convexus, nitidus, ſubmarginatus, ſtria antica, & alia poſtica in medio interrupta, e punctis & rugis vix nudis oculis conſpicuis. *Scutellum*, nigrum, ſubtriangulare. *Elytra* latitudine duplo longiora, convexa, nigra, nitida, maculis duabus obſoletis, oblongis, diſcoidalibus, flavo-feneſtratis, altera paulo pone medium, altera ad apicem; oculo lente armato undique punctis excavatis, vix ullo ordine poſitis, adſperſa; margine tamen ſuturali fere ad apicem læviſſimo. *Alæ* albo-hyalinæ, nervis obſcurioribus. *Pectus* nigrum, ſterno canaliculato, apice bifido, rotundato. *Abdomen* nigrum, nitidum. *Pedes* rufi; femora poſtica obſcure picea; tarſi antici in mare patellati, intermedii dilatati; in fœmina, cœtero mari ſimillima, tarſi omnes ſimplices.

OBS. Differt a præcedente magnitudine dimidio minori, corpore convexiore, elytrisque aliter punctulatis. Maculæ feneſtratæ interdum in mortuis vix obſervantur niſi elytra eleventur.

XXII. DYT. Uliginoſus *ovatus, elytris ſubgib-*

gibboſis punctatis, nigro-fuſceſcentibus, margine dilutiore.

Fabr. *Ent. Syſt. 1. p. 194. 31. Dyt. Uliginoſus.*

Linn. *Syſt. Nat. 11. p. 667. 20. Fn. Sv. 776. Dyt. uliginoſus.*

Habitat in aquis ubique frequens.

Caput nigrum, nitidum, antice flaveſcens, puncto utrinque impreſſo, punctisque duobus interocularibus obſoletis, rubris; antennæ flavæ, apice fuſceſcentes, oculi griſei. *Thorax* longitudine antice duplo, poſtice triplo latior, convexus, ſubmarginatus, niger, nitidus, margine laterali flaveſcente; ſtria antica & alia poſtica e punctis minutis impreſſis. *Scutellum* triangulare, nigrum. *Elytra* latitudine haud dimidio longiora, nigro-fuſca, nitida, glaberrima, margine exteriore obſolete fuſco-flaveſcente; dorſo valde convexo, vel ſubgibboſo, lineis tribus fere indiſtinctis e punctis impreſſis minutiſſimis, quarum interſtitia & jam hinc inde temere punctulata, margine tamen ſuturali læviſſimo. *Alæ* albo-hyalinæ, nervis obſcurioribus. *Pectus* nigrum, rarius ruſeſcens, ſternum canaliculatum, apice bifidum, rotundatum. *Abdomen* nigrum, interdum ruſeſcens. *Pedes* rufi; tarſi antici & intermedii in mare dilatati, in fœmina, cœtero mari ſimillima, ſimplices. Longitudine præcedentis, ſed latior.

Obs. De ſynonymia hujus ſpeciei diu hæſi, quoniam in Muſeis variis ſub nomine Dyt. Uliginoſi plures ſpecies omnino diverſas vidi: deſcriptio vero Linneana in Faun. Svec. huic

quadrat, & præterea in Muſeo Cel. Dom. FABRICII ipſe convictus fui hunc Dytiscum verum esſe ejus Uliginoſum.

XXIII. DYT. Congener *oblongo-ovatus, niger, elytris punctatis fuscis, margine dilutiore.*

Habitat in aquis Uplandiæ, ipſe: in Weſtrogothia, Dom. GYLLENHAL.

Caput nigrum, puncto utrinque antico impreſſo, punctisque duobus interocularibus rubris; mandibulæ brunneæ; antennæ palpique ruſi, apice fusci; oculi griſei. *Thorax* longitudine antice duplo, poſtice triplo latior, ſubmarginatus, convexus, niger, nitidus, margine exteriore interdum tenuisſime ruſescente; ſtria antica & alia poſtica e punctis minutis. *Scutellum* minutum, triangulare, fuscum. *Elytra* latitudine plus quam dimidio longiora, parum convexa, fusca, nitida, margine exteriore ſubruſescente; lineis tribus indiſtinctis e punctis minutisſimis, excavatis, quarum interſtitia etiam temere punctata, margine tamen ſuturali lævisſimo. *Alæ* albo-hyalinæ, nervis fuscis. *Pectus* nigrum, ſterno canaliculato, apice bifido, rotundato. *Abdomen* nigrum, ſegmentorum marginibus obſolete ruſescentibus. *Pedes* obſcure ruſi; tarſi antici & intermedii in mare dilatati, in fœmina, cætero mari ſimillima, ſimplices. Magnitudine præcedentis, a quo præſertim differt corpore minus convexo, magis oblongo.

Var. β.

Niger, antennis flavescentibus, elytris fusco-teſtaceis, pedibus ruſis.

Ha-

Habitat in aquis Dalecarlicis, & circa Holmiam minus frequens. Magnitudine habitu & ſtatura omnino varietati præcedenti ſimillimus.

XXIV. DYT. Femoralis *oblongo-ovatus, elytris nigro-ſubvireſcentibus, punctatis, femoribus anticis piloſis.*

Habitat in aquis Sveciæ auſtralis.

Caput ſubtus piceum, ſupra nigro-vireſcens, antice rufum, puncto utrinque impreſſo, punctisque duobus obſoletis, interocularibus, rubris; antennæ palpique flavi, apice fuſceſcentes; oculi nigri. *Thorax* longitudine antice duplo, poſtice fere triplo latior, ſubtus piceus, dente valido, ſupra convexus, ſubmarginatus, nigro-vireſcens, margine laterali vix flaveſcente; margine omni lineola e punctis vel rugis minutis circumſcripta. *Scutellum* minutum, breve, triangulare. *Elytra* latitudine plus quam dimidio longiora, convexa, nigro-ſubvireſcentia, nitidiſſima, lineis tribus, antice diſtinctioribus, e punctis minutis, nudis oculis inconſpicuis, quarum interſtitia, præſertim poſtice temere punctulata, margine tamen ſuturali omnino læviſſimo. *Alæ* albo-hyalinæ. *Pectus & abdomen* nigra, ſterno canaliculato, apice bifido, rotundato. *Pedes* rufi; in mare femora antica ſubtus pilis denſis griſeis faſciculata, tarſique antici & intermedii dilatati; in fœmina, cœtero mari ſimillima, femora antica parcius piloſa, tarſique omnes ſimplices. Dyt. Affini paulo eſt minor.

Obs. Colore ſubvireſcente, elytris immaculatis

& femoribus piloſis diſtinguitur. Margo lateralis thoracis interdum parum flaveſcit.

XXV. DYT. Bipunctatus *oblongo-ovatus, thorace flaveſcente nigro-bipunctato, elytris punctatis flaveſcentibus, fuſco irroratis.*

Fabr. *Ent. Syſt.* 1. *p.* 192. 22. *Dyt. bipunctatus.*

Habitat in aquis Sveciæ auſtralis rarius.

Caput nigrum, antice obſcure flaveſcens, puncto utrinque impreſſo, punctisque duobus interocularibus rubris; antennæ palpique flavi, apice fuſceſcentes; oculi fuſci. *Thorax* longitudine antice duplo, poſtice triplo latior; ſubtus niger, ſpina valida, ſupra parum convexus, immarginatus, flavo-rufeſcens, punctis duobus dorſalibus, approximatis, interdum fere confluentibus, nigris; oculo armato ſtria antica transverſa & alia poſtica in medio interrupta e rugis minutisſimis. *Scutellum* minutisſimum, triangulare, flavicans. *Elytra* latitudine dimidio longiora, antice parum convexa, poſtice ſubdepreſſa; glabra, nitida, flaveſcentia, maculis punctisque ſæpe confluentibus nigris irroratis; oculo armato, antice lineis tribus abbreviatis e punctis minutisſimis, poſtice ſubtilisſime temere punctulata, margine tamen ſuturali lævisſimo. *Alæ* albo-hyalinæ, nervis fuſcis. *Pectus* nigrum, ſterno canaliculato, poſtice bifido, rotundato. *Abdomen* nigrum, ſegmentorum marginibus brunneis. *Pedes* flavi, tarſis anticis & intermediis in mare dilatatis. Magnitudo Dyt. Guttati.

Obs. Fœminam haud vidi.

XXVI.

XXVI. DYT. Abbreviatus *oblongo-ovatus, ſupra niger, capite rufo, elytris ſtria undata baſeos punctisque duobus flaveſcentibus.*

FABR. *Ent. Syſt.* 1. *p.* 193. 29. *Dyt. Abbreviatus.*

Habitat in aquis Sveciæ auſtralis rarius.

Caput obſcure rufum, puncto utrinque antice impreſſo; antennæ, palpique, apicibus exceptis, dilutiores; oculi griſei. *Thorax* longitudine antice vix duplo, poſtice haud triplo latior, ſubtus rufo-piceus, dente valido; ſupra ſubmarginatus, convexus, niger, nitidus, margine exteriore obſolete rufeſcente; ſtria antica & alia poſtica e rugis minutisſimis. *Scutellum* triangulare, nigrum. *Elytra* latitudine dimidio longiora, convexa, lineis quatuor, exterioribus abbreviatis, e punctis minutisſimis, excavatis, interſtitio inter lineam ſuturalem & proxime adjacentem, lævisſimo, interſtitiis vero reliquis ſubtilisſime temere punctulatis; nigra, margine exteriore obſolete rufeſcente, ſtria baſeos undata, ſuturam haud attingente, punctisque duobus oblongis flavis, altero in medio, majore, altero apicis, obſoleto. *Alæ* albo-hyalinæ. *Pectus* & *abdomen* rufo-picea, ſterno canaliculato, apice bifido, rotundato. *Pedes* rufi; tarſi antici & intermedii in mare patellati, in fœmina, cætero mari ſimillima, ſimplices. Præcedente paulo minor.

XXVII. DYT. Vitreus *oblongo-ovatus, elytris nigro-ſubæneis, punctato-ſtriatis, interſti-*

tiis lævibus; maculis duabus flavo-feneſtratis.

Habitat in Svecia auſtrali rarius.

Caput ſubtus piceum; ſupra obſcure nigro-ſubæneum, nitidum, antice rufescens, puncto utrinque impreſſo, punctisque duobus interocularibus rubris; clypeus rufus; antennæ palpique rufi, apice fuscescentes; oculi griſei. *Thorax* longitudine antice duplo, poſtice fere triplo latior, ſubtus nigro-piceus, ſpina valida, ſupra convexus, ſubmarginatus, ſtria antica, & alia poſtica e rugis minutisſimis; obſcure nigro-ſubæneus, nitidus, margine laterali, præſertim antice, rufescente. *Scutellum* ſubtriangulare, obſcure nigro-ſubæneum. *Elytra* latitudine dimidio longiora, nigro-ſubænea, nitida, macula oblique ſinuata in medio, punctoque apicis flavo-feneſtratis; antice convexa, poſtice ſubdepreſſa, lineis quatuor, ſuturali vero nulla, e baſi fere ad apicem ex punctis impreſſis, vix oculis nudis conſpicuis, interſtitiis omnibus lævisſimis. *Alæ* albo-hyalinæ, nervis obſcurioribus. *Pectus* nigrum, ſterno canaliculato, apice bifido, rotundato. *Abdomen* nigrum, ſegmentorum marginibus piceis. *Pedes* picei, tarſis anticis & intermediis in mare dilatatis. Dyt. Abbreviato vix major.

OBS. Differt a Dyt. Feneſtrato, elytris evidenter punctato-ſtriatis; a Dyt. Abbreviato lineis punctorum diverſo ordine poſitis, interſtitiis lævibus. Fœminam haud vidi.

XXVIII. DYT. Maculatus *oblongo-ovatus, ſupra*

pra niger, capite antice, thoracis medio maculisque elytrorum flavicantibus.

Fabr. *Ent. Syſt. 1. p. 194. 34. Dyt. maculatus.*

Linn. *Syſt. Nat. 11. p. 666. 15. Fn. Sv. 777. Dyt. maculatus.*

Habitat in aquis Uplandiæ rarius, in Svecia auſtrali ſat frequens.

Caput rufum, puncto utrinque antice impreſſo, poſtice nigrum, maculis duabus interocularibus rubris; oculi griſei. *Thorax* longitudine antice duplo, poſtice fere triplo latior; ſubtus rufus, ſupra convexus, ſubmarginatus, flavus, antice poſticeque niger, ſtriis binis transverſis e rugis minutisſimis. *Scutellum* minutisſimum, ſubtriangulare, flavum. *Elytra* latitudine vix dimidio longiora, antice convexa, poſtice ſubdepreſſa; glabra, lævia, nigra, nitida, diſco immaculato, margine anteriore macula unica, laterali plurimis, interdum lineis conjunctis, flavescentibus; oculo acute armato vix lineæ quædam abbreviatæ e punctis omnino minutisſimis excavatis, obſervantur. *Alæ* albo-hyalinæ, nervis obſcurioribus. *Pectus & abdomen* rufa, ſterno canaliculato, apice bifido, rotundato. *Pedes* rufi; tarſi antici & intermedii in mare dilatati, in fœmina, cœtero mari ſimillima, ſimplices. Dyt. Abbreviato vix major.

Var. β.

Elytris nigris, margine exteriore & anteriore flavo-maculatis, lineaque discojdali flava e macula anteriore ad apicem.

Ha-

Habitat cum varietate præcedente, cui habitu & ſtatura ſimillimus.

Obs. Omnes quos vidi, & ultra decem, tarſis ſimplicibus inſtructi fuerunt; an non igitur mares ſimili modo variant.

Var. γ.

Elytris nigris, margine exteriore, punctisque duobus, altero baſeos, altero in medio flavis.

Habitat in aquis circa Kinnakulle in Veſtrogothia. Dom. Gyllenhal.

Obs. Simillimus præcedentibus, ſed minus maculatus. In duobus meis individuis tarſi antici & intermedii dilatati erant.

FAMILIA SECUNDA.

EXSCUTELLATI.

XXIX. DYT. 12puſtulatus *oblongus, læviſſimus, glaberrimus, thoracis lateribus rotundatis, elytris nigris, maculis 6 ferrugineis.*

Fabr. *Ent. Syſt. 1. p. 197. 50. Dyt. 12puſtulatus.*

Habitat in aquis Scaniæ & Blekingiæ. Dom. Quensel.

Caput ferrugineum, puncto antice utrinque impreſſo; antennæ capite thoraceque vix dimidio longiores; orbita oculorum fuſca. *Thorax* ferrugineus, lateribus ſemirotundatis, depreſſis; in medio longitudine duplo latior; ſubtus immaculatus, ſpina valida, ſupra margine antico poſticoque nigro, margines laterales tamen haud attingente. *Elytra* nigra, ma-

Digitized by Google

maculis vel punctis 6 ferrugineis, quatuor in margine exteriore, binis discoidalibus; thoracis medio paulo anguſtiora, latitudine duplo longiora, convexa, apice ſubdeclivia, acutiuscula. *Alæ* albo-hyalinæ, nervis obſcurioribus. *Pectus* ferrugineum, interdum apice fuscum, ſterno canaliculato, apice truncato. *Abdomen* & *pedes* ferruginea; tarſi ſimplices *). Magnitudine ſeminis cucumeris.

XXX. DYT. Depreſſus *oblongus, lævis, glaber, ferrugineus, thorace nigro bipunctato, elytris nigris: limbo, maculis lineisque flavis.*

FABR. *Ent. Syſt. 1. p. 195. 41. Dyt. depreſſus.*

Habitat in aquis Sveciæ auſtralis minus frequens.

Caput flavo-ferrugineum, apice palporum antennarumque, nigro. *Thorax* ferrugineus, in medio dilatatus, longitudine duplo fere latior, margine laterali ſemirotundato; ſubtus ſpina valida, ſupra convexus, margine antico tenuiſſime nigro, punctisque duobus diſtinctis baſeos nigris. *Elytra* thorace parum latiora, at latitudine duplo longiora, antice convexa, poſtice depreſſa, acuminata, limbo flavo, maculis jam tribus, jam quatuor margine connexis, prima baſeos, ultima apicis; disco nigro, lineis quatuor longitudinalibus, punctoque in medio cum linea ſuturæ proxima connexo, flavis. *Alæ* fusco-hyalinæ. *Pectus* & *abdomen*

*) Mares fœminæque hujus familiæ difficillime diſtingvuntur, cum tarſos patellatos vel dilatatos vix exhibeant.

men ferruginea. *Pedes* flavo-ferruginei. Dimidio fere præcedente minor.

Obs. Oculo acute armato undique ſubtilisſime temere punctatus.

XXXI. DYT. Dorſalis *oblongus, pubescens, thorace ſulculo transverſo, lateribus rotundatis, elytris nigris, margine punctoque flavis.*

Fabr. *Ent. Syſt. 1. p. 196. 42. Dyt. dorſalis p. 198. 53. D. rufifrons.*

Habitat in paludibus Uplandiæ primo vere, ad Walloxſdby frequens.

Caput ferrugineum, punctis duobus frontalibus profunde impresſis; antennæ baſi ferrugineæ, apice fuscæ, dimidio corpore breviores. *Thorax* longitudine dimidio latior, ferrugineus, ſubtus ſpina valida ſterno incumbente, ſupra pube brevisſima, oculo nudo vix conſpicua, grisescente; antice poſticeque niger, ſulculo transverſali baſi propiore; margo lateralis rotundatus, ſubdepresſus. *Elytra* thorace paulo latiora, latitudine duplo longiora, convexa, nigra, pube brevisſima griseſcente, certo ſitu nudis oculis conſpicua; margine exteriori punctoque discoidali baſeos jam majore, jam minore, ferrugineo-flavicantibus. *Alæ* amplæ, albo-hyalinæ, nervis maculaque coſtali flavicantibus. *Pectus abdomen* & *pedes* ferruginea. Magnitudine præcedentis.

Var. β.

Elytris nigris, pubescentibus, margine exteriore ferrugineo-flavicante.

Ha-

Habitat cum var. præcedente, cui, puncto flavo baſeos excepto, omnino ſimillimus.

Obs. Oculo acute armato undique ſubtilisſime temere punctatus.

XXXII. DYT. Erythrocephalus *oblongus, niger, ſupra convexus, pubescens, capite pedibusque rufis.*

Fabr. *Ent. Syſt. p. 194. 35. Dyt. Erythrocephalus.*

Linn. *Faun. Sv. N:o 774. Dyt. Erythrocephalus.*

De Geer *Ins. 4. p. 404. 12. Dyt. Erythrocephalus.*

Habitat in paludibus frequens.

Caput rufum, fronti puncto antico utrinque profunde impreſſo; antennæ baſi flavescentes, apice fuscæ: oculi nigri. *Thorax* longitudine antice vix duplo, poſtice fere triplo latior, ſubtus obſcure piceus, ſpina valida, ſupra lævis, convexus, pube brevisſima, nudis oculis vix conſpicua; margine ſummo exteriore interdum obſolete rufescente. *Elytra* thorace vix latiora, at latitudine duplo longiora, valde convexa, opaca, lævia, pube brevisſima cinerascente, margine ſummo exteriore obſolete rufescente. *Alæ* albo-hyalinæ, nervis maculisque duabus obſoletis fuscescentibus, altera in margine crasſiori, altera in tenuiore. *Pectus* & *abdomen* nigra, vel obſcure picea. *Pedes* rufi. Dimidio fere minor præcedente.

Obs. Oculo lente armato undique confertisſime temere punctulatus conſpicitur.

XXXIII. DYT. Planus *oblongo-ovatus, niger, ſu-*

ſupra planiusculus, elytris fuscis, pedibus rufescentibus.

Fabr. *Ent. Syſt. 1. p. 195. 36. Dyt. planus.*

Linn. *Syſt. Nat. 11. p. 666. 14. Dyt. erythrocephalus.*

De Geer *Ins. 4. p. 404. 12. Dyt. erythrocephalus var. capite nigro.*

Habitat in paludibus frequens.

Caput nigrum, puncto antice utrinque impreſſo; antennæ palpique baſi flavescentes, apice fusci. *Thorax* longitudine antice duplo, poſtiee triplo latior, niger, ſubtus ſpina valida, ſupra lævis, planiusculus, pube breviſſima cinerascente, nudo oculo vix conſpicua. *Elytra* latitudine dimidio longiora, planiuscula, lævia, fusca, ſæpius antice dilutiora, pube undique denſa breviſſima cinerascente. *Alæ* albo-hyalinæ, nervis, maculaque in utroque margine fuscis. *Pectus* & *abdomen* nigra. *Pedes* fusco-rufescentes. Dyt. Erythrocephalo vix longior, ſed dimidio fere latior.

Obs. Oculo lente armato undique ſubtiliſſime temere punctatus. Differt a præcedente colore, elytrisque latioribus minus convexis.

XXXIV. DYT. Nigrita *oblongo-ovatus, niger, nitidus, pedibus antennarumque baſi rufis, elytris ſtria unica punctata.*

Fabr. *Ent. Syſt. p. 201. 69. Dyt. nigrita.*

Habitat in aquis Uplandiæ primo vere.

Caput nigrum, nitidum, puncto antico utrinque impreſſo; antennæ capite thoraceque longiores, baſi rufæ. *Thorax* longitudine antice

ce duplo, poſtice haud triplo latior, niger, ſubtus ſpina minuta, ſupra planiuſculus, nitidus; oculo lente armato punctulatus. *Elytra* latitudine dimidio longiora, nigra, nitida, planiuſcula; oculo armato pube rara cinerascente, punctis minutisſimis crebro temere ſparſis, ſtriaque unica in medio e punctis reliquis paulo majoribus. *Pectus* & *abdomen* nigra. *Pedes* rufi. Duplo fere minor præcedente.

Obs. Differt a Dyt. Erythrocephalo colore, magnitudine, elytrisque minus convexis, ratione magnitudinis latioribus: a Dyt. Plano colore, magnitudine, corpore multo minus pubescente, elytrisque ſtria regulari e punctis minutis.

XXXV. DYT. 6puſtulatus *oblongus, pubescens, niger, capite, thoracis lateribus, pedibus, elytrorum limbo maculisque tribus rufis.*

Fabr. *Ent. Syſt. 1. p. 196. 43. Dyt. 6puſtulatus.*

Habitat in aquis Uplandiæ frequens.

Caput rufum, oculorum regione nigricante; antennæ apice fuscæ. *Thorax* niger, lateribus rufis, parum convexus, pube brevisſima, nudis oculis inconſpicua; longitudine antice duplo latior, poſtice vix dilatatus. *Elytra* thorace paulo latiora, latitudine duplo longiora, apice acuminata, parum convexa, nigra, pube brevisſima cinerascente; macula majori ſublunata baſeos rufo-flava margini exteriori concolori adnata, maculisque duabus minoribus, irregularibus, verſus apicem, limbo connexis. *Alæ* hyalinæ, nervis fuſcis. *Pe-*

ctus & abdomen nigra. *Pedes* rufi. Dyt. Erythrocephalo paulo minor.

Var. β.

Niger, capite, thorace antice, pedibus, macula baſeos margineque exteriore elytrorum obſolete ruſo-flavis.

Fabr. *Ent. Syſt. 1. p. 196. 44. Dyt. paluſtris.*

Linn. *Syſt. Nat 11. p. 667. 19. Fn. Sv. 775. Dyt. paluſtris.*

De Geer *Jns. 4. p. 404. 12. Dyt. erythrocephalus, var. elytris antice ruſo maculatis.*

Habitat cum var. α., cui magnitudine, habitu & ſtatura ſimillimus.

Obs. Variat interdum abdomine baſi ruſo. Oculo armato undique ſubtilisſime temere punctatus. Differt a Dyt. Erythrocephalo præſertim colore & elytris poſtice magis anguſtatis.

XXXVI. DYT. Alpinus *oblongus, glaber, abdomine nigro, thorace flavo, anguſto, impreſſo, elytris flavo nigroque lineatis.*

Habitat in aquis Lapponiæ & Dalecarliæ, alpibus vicinis.

Caput flaveſcens, baſi ſumma oculisque nigris; antennæ palpique apice fuſceſcentes. *Thorax* flavus, ſubtus ſpina valida, ſupra parum convexus, longitudine haud duplo latior, poſtice lunula transverſa antrorſum flexa, impreſſa. *Elytra* lævia, antice thorace fere dimidio latiora, latitudine haud duplo longiora, parum convexa, flavo nigroque lineata, ſutura tenuisſime nigra, margine exteriore flavo punctis duobus vel tribus nigris; apex valde acuminatus. *Alæ* hyalino-fuſceſcentes.

Pe-

Digitized by Google

Pectus & *abdomen* nigra. *Pedes* flavi. Magnitudine Dyt. Depreſſi.

Obs. Lineæ nigræ elytrorum interdum valde obſoletæ; Differt a Dyt. Depreſſo colore, thorace impreſſo, elytrisque minus convexis apice magis acuminatis.

XXXVII. DYT. Lineatus *oblongus, lævis, pubeſcens, ferrugineus, elytris flavo fuscoque lineatis, apice acuminatis.*

Fabr. *Ent. Syſt. 1. p. 200. 61. Dyt. lineatus.*
De Geer *Ins. 4. p. 403. 11. Dyt. griſeoſtriatus.*

Hapitat in aquis Lapponiæ, Uplandiæ & Scaniæ ſat frequens.

Caput dilute ferrugineum, oculis nigris; antennæ apice fuscescentes. *Thorax* longitudine antice duplo latior, poſtice parum dilatatus; dilute ferrugineus, ſubtus ſpina valida, ſupra convexus; oculo armato pube rara breviſſima adſperſus. *Elytra* thorace paulo latiora, & latitudine vix duplo longiora, convexa, apice acuminato; lineis alternis longitudinalibus flavescentibus fuscisque, utriusque quinque, omnibus pube breviſſima cinerascente adſperſis. *Alæ* amplæ, albo-hyalinæ, nervis fuscis. *Pectus abdomen* & *pedes* dilute ferruginea. Latitudine Dyt. 6puſtulati, ſed paulo brevior & magis convexus.

XXXVIII. DYT. Craſſicornis *oblongus, glaberrimus, flavescens, antennis medio incraſſatis.*

Fabr. *Ent. Syſt. 1. p. 201. 66. Dyt. craſſicornis.*

Digitized by Google

De Geer *Inſ. 4. p. 402. 10. Dyt. Clavicornis.*

Habitat in aquis Uplandiæ.

Caput flavum, oculis nigris; antennæ capitis thoracisque vix longitudine, in medio, præſertim in mare, valde incraſſatæ, apice acuminatæ. *Thorax* longitudine antice vix latior, poſtice dilatatus; flavus, ſubtus ſpina valida maculaque in mare, non vero in fœmina, utrinque fuſceſcente; ſupra in utroque ſexu immaculatus, valde convexus. *Elytra* baſi latitudine thoracis, poſtice ſenſim anguſtata, latitudine baſeos haud duplo longiora, valde convexa, fuſco-flaveſcentia, punctis rarioribus, vix nudis oculis conſpicuis, temere adſperſa. *Alæ* albo-hyalinæ, nervis fuſceſcentibus. *Pedes* flavo-ferruginei; in mare femora antica & intermedia apice nigra, tibiæque anticæ clavatæ, dente introrſum armatæ; in fœmina femora immaculata, & tibiæ ſimplices, inermes. Magnitudine Dyt. Erythrocephali ſed magis convexus, acuminatus.

XXXIX. DYT. Picipes *oblongo-ovatus, glaber, elytris punctatisſimis fuſco lineatis: ſtriis tribus impresſis longitudinalibus.*

Fabr. *Ent. Syſt. 1. p. 196. 46. Dyt. Picipes. p. 195. 40. Dyt. Rufipes.*

Habitat in aquis Uplandiæ.

Caput ferrugineum, puncto utrinque antice impreſſo; orbita oculorum nigra; antennæ apice fuſceſcentes. *Thorax* antice longitudine duplo fere latior, poſtice paulo dilatatus; ferrugineus, baſi nigricante, ſubtus ſpina valida, ſu-

Digitized by Google

ſupra convexus, punctatus, baſi nigricante. *Elytra* latitudine dimidio longiora, apice ſubrotundato, convexa, flavescentia, lineis plurimis longitudinalibus obſoletis fuscis; confertisſime temere punctulata, ſtriis tribus lævioribus longitudinalibus, impresſis, poſtice abbreviatis. *Alæ* hyalinæ, nervis obſcurioribus. *Pectus* & *abdomen* nigra. *Pedes* ferruginei. Latitudine Dyt. Dorſalis, ſed paulo brevior.

. DYT. Minutus *oblongo-ovatus, lævisſimus, glaberrimus, flavescens, elytris fusco-virescentibus: maculis lateralibus albidis.*

Fabr. *Ent. Syſt. p. 200. 63. Dyt. minutus.*

Linn. *Syſt. Nat. 11. p. p. 666. 23. Fn. Sv. 778. Dyt. minutus?*

De Geer *Ins. 4. p. 14. Dyt. hyalinus.*

Habitat in paludibus Uplandiæ ſat frequens.

Caput dilute viridi-flavescens, oculis fuscis; antennæ capite thoraceque longiores, apice fuscæ. *Thorax* longitudine antice duplo, poſtice triplo latior, dilute viridi-flavescens, ſubtus mucronatus, ſupra convexus. *Elytra* latitudine vix dimidio longiora, baſi parum convexa, poſtice depresſiuscula; fusco-viridia, nitida, maculis quibusdam obſoletis albidis in margine exteriore. *Alæ* albo-hyalinæ, nervis obſcurioribus. *Pectus abdomen* & *pedes* flavo-virescentia, jam obſcuriora, jam dilutiora. Longitudine præcedentis, ſed paulo latior.

Obs. In muſeis diu conſervati magis flavescunt. In muſeo Cel. Dom. Fabricii ipſe convictus fui hanc ſpeciem verum ejus Dyt. Minutum

P 3 eſſe;

eſſe; ſed elytra minime punctulata, ut in ſyſtemate LINNÆI deſcripta ſunt; an igitur ſynonymon Linnæanum potius ad Dyt. Impreſſum eſt amandandum.

XLI. DYT. Halenſis *ſubovatus, lævis, glaber, thorace flavo, nigro-bipunctato, elytris flavo-nigroque lineatis, apice ſubobtuſo.*

FABR. *Ent. Syſt. 1. p. 198. 52. Dyt. Halenſis.*

Habitat rarius in aquis Sveciæ auſtralis.

Caput ferrugineum; oculi orbitaque oculorum nigra, antennæ apice nigræ. *Thorax* longitudine antice duplo latior, poſtice parum dilatatus, ſubtus niger, ſpina valida, ſupra parum convexus, griſeo-flavescens, puncto utrinque dorſali nigro, quæ interdum confluunt & punctum flavescens includunt. *Elytra* thorace vix latiora, & latitudine haud dimidio longiora, parum convexa, lineis alternis longitudinalibus nigris griſeo-flavisque, nec baſin nec apicem attingentibus; limbo griſeo-flavo; apex rotundatus. *Alæ* hyalinæ, parum fuscescentes. *Pectus & abdomen* nigra. *Pedes* ferruginei, tarſis fuscescentibus. Longitudine vix Dyt. Dorſalis, ſed paulo latior.

XLII. DYT. Confluens *oblongo-ovatus, glaber, capite, thorace pedibusque ferrugineis, elytris pallidis: lineis quatuor discoidalibus nigris.*

FABR. *Ent. Syſt. 1. p. 198. 55. Dyt. confluens.*

Habitat in aquis Uplandiæ & Sveciæ auſtralis rarius.

Caput dilute ferrugineum, ad baſin interdum

ni-

nigricans; oculi nigri. *Thorax* dilute ferrugineus, antice longitudine duplo latior, poſtice parum dilatatus, ſubtus mucronatus, ſupra parum convexus. *Elytra* griſeo-pallida, ſutura, lineisque quatuor discoidalibus abbreviatis, poſtice coëuntibus, nigris; longitudine dimidio latiora, convexa, ſtria unica ſuturali punctulata, impreſſa, punctisque plurimis minutis temere ſparſis. *Alæ* albo-hyalinæ. *Pectus* & *abdomen* nigra, rarius, in junioribus forſan, flavicantia. *Pedes* ferruginei. Latitudine Dyt. 6 puſtulati, at paulo brevior.

XLIII. DYT. Granularis *oblongus, lævis, elytris margine exteriore, lineisque duabus flavis, pedibus ferrugineis.*

Fabr. *Ent. Syſt. 1. p. 198. 54. Dyt. Granularis.*

Linn. *Syſt. Nat. 11. p. 667. 54. Dyt. Granularis.*

Habitat in paludibus Uplandiæ.

Caput nigrum; antennæ capite thoraceque longiores, baſi ferrugineæ. *Thorax* longitudine antice duplo latior, poſtice parum dilatatus; niger, ſubtus mucronatus; ſupra convexus, margine laterali ſubincraſſato, rarius obſolete rufescente. *Elytra* latitudine fere duplo longiora, convexa, nigra, ſummo margine exteriore lineisque duabus, interiore poſtice abbreviato, flavis. *Pectus* & *abdomen* nigra. *Pedes* ferruginei. Inter minutisſimos hujus generis, ſeu D. Erythrocephalo quadruplo minor.

Obs. Variat interdum lineis elytrorum obſoletioribus. Lineas apice confluentes, quas Ill. Linné illi adſcribit, haud unquam vidi. O-

culo acutisſime armato, pilis quibusdam ra-
rioribus brevisſimis, adornatus obſervatur.

XLIV. DYT. Triſtis *oblongus, glaber, niger, capite elytrisque piceis, antennarum baſi pedibusque rufis.*

Habitat in paludibus minus frequens.

Caput piceum, puncto antico utrinque impreſſo; antennæ fuscæ, baſi rufæ. *Thorax* niger, antice longitudine vix duplo latior, poſtice parum dilatatus, ſubtus vix mucronatus, ſupra convexus, ſæpius transverſe ſubimpreſſus. *Elytra* latitudine duplo longiora, parum convexa, picea. *Alæ* albo-hyalinæ, nervis obſcurioribus. *Pectus* & *abdomen* nigra. *Pedes* rufi. Dyt. Nigrita paulo brevior, & dimidio anguſtior.

Obs. Oculo armato undique ſubtilisſime temere punctatus.

XLV. DYT. Parvulus *oblongo-ovatus, niger, thorace medio rufescente, poſtice elytrisque antice lineola impreſſa.*

Fabr. *Ent. Syſt. I. p. 201. 71. Dyt. parvulus.*

Hab. in paludibus Uplandiæ, Weſtrogothiæ.

Caput nigrum; antennæ longitudine dimidii corporis, baſi rufescentes. *Thorax* convexus, ſubtilisſime punctatus, niger, in medio rufescens, antice longitudine duplo fere latior, poſtice paulo dilatatus, lineola utrinque abbreviata baſeos, profunde impreſſa. *Elytra* nigra, nitida, macula ſæpius obſoleta marginali rufescente; latitudine dimidio longiora, convexa, temere punctulata, linea ſuturali in-
re-

tegra, lineolaque media abbreviata baſeos profunde impresſis. *Alæ* albo-hyalinæ. *Pectus* & *abdomen* nigra. *Pedes* picei. Minutisſimus congenerum eſt, ſeu Dyt. Granulari ſæpius fere dimidio minor.

Var. β.

Niger, thoracis medio pedibusque flavescentibus, elytrorum margine anteriore & exteriore inæqualiter albido.

Fabr. *Ent. Syſt. 1. p. 201. Dyt. Puſillus.*

Habitat cum varietate præcedente, cui magnitudine, habitu, & ſtatura ſimillimus.

XLVI. DYT. Pictus *ovato-gibbus, ferrugineus, elytris flavis, baſi, ſutura, macula discoidali lineaque ſubmarginali nigris.*

Fabr. *Ent. Syſt. 1. p. 201. 68. Dyt. pictus.*

Habitat in paludibus ad Walloxſdby primo vere.

Caput ferrugineum, oculis nigris; antennæ capite thoraceque longiores, apice nigræ. *Thorax* poſtice dilatatus, longitudine duplo latior, convexus, ferrugineus, margine ſubincrasſato, disco interdum nigricante. *Elytra* latitudine fere longitudinis, convexo-gibba, apice acuminato; flava, ſumma baſi, ſutura late, macula oblonga discoidali, rarius ſuturæ connata, lineaque anguſtisſima ſubmarginali nigris. *Alæ* albo-hyalinæ. *Pectus, abdomen* & *pedes* ferruginea. Longitudine Dyt. Granularis, ſed latior.

Obs. Oculo acute armato pilis quibusdam cinerascentibus, & rugis vel punctis ſubtilisſime excavatis adſperſus apparet.

XLVII. DYT. Ovatus *ovato-gibbus, ferrugineus, elytris obſcurioribus temere punctulatis.*

FABR. *Ent. Syſt. 1. p. 196. 45. Dyt. ovatus. Ibid. p. 193. 30. Dyt. Gibbus?*

LINN. *Syſt. Nat. 11. p. 667. 18. Fn. Sv. 2282. Dyt. ovatus.*

DE GEER *Ins. 4. p. 402. 9. Dyt. Sphæricus.*

Habitat in paludibus Uplandiæ.

Caput ferrugineum, oculis nigris. *Thorax* longitudine duplo latior, ferrugineus, convexus; in mare profundius, in fœmina ſubtilisſime punctulatus. *Elytra* fusco-ferruginea, antice thorace vix latiora, in medio latisſima, ſeu latitudine longitudinis, valde convexa, gibba, poſtice ſubrotundata, undique in mare profundius, in fœmina ſubtilisſime temere punctulata. *Alæ* fusco-hyalinæ, nervis obſcurioribus. *Pectus abdomen* & *pedes* ferruginea. Longitudine Dyt. Picipedis, ſed dimidio latior.

OBS. Jam paulo obſcurior, jam dilutior eſt.

XLVIII. DYT. Ferrugineus *oblongo-gibbus, ferrugineus, pectore laminato, elytris puncta-ſtriatis: ſtriis alternis profundioribus.*

LINN. *Syſt. Nat. 11. p. 666. 16. Dyt. ferrugineus.*

Habitat in paludibus Uplandiæ minus frequens.

Caput anguſtum, ferrugineum, oculis nigris. *Thorax* ferrugineus, convexus, profunde punctatus, antice anguſtatus, poſtice longitudine fere duplo latior. *Elytra* convexo-gibba, fer-

ruginea, latitudine fere duplo longiora, apice acuminato; profunde punctato-ſtriata, ſtriis alternis profundioribus. *Pectus* ferrugineum, lamina utrinque poſtica tenui, punctata, ſubrotunda, femora poſtica obtegente. *Abdomen* & *pedes* ferruginea. Duplo fere præcedente eſt minor.

XLIX. DYT. Impreſſus *flaveſcens, oblongo-gibbus, pectore laminato, elytris acuminatis fuſco-maculatis, punctato-ſtriatis.*

FABR. *Ent. Syſt. 1. p. 199. 57. Dyt. impreſſus.*

DE GEER *Ins. 4. p. 404. 13, Dyt. ruficollis.*

Habitat in ſtagnis Uplandiæ frequens.

Caput flavo-ferrugineum, anguſtum, oculis nigris. *Thorax* flavo-ferrugineus, convexus, baſi longitudine duplo latior, antice poſticeque profunde punctatus. *Elytra* flavo-ferruginea, maculis plurimis obſoletis fuſcis, convexo-gibba, latitudine fere duplo longiora, apice acuminato; profunde punctato-ſtriata; punctis quibusdam minoribus interjacentibus, vix in lineas diſtinctas diſpoſitis. *Alæ* hyalinæ, nervis obſcurioribus. *Pectus* flavo-ferrugineum: poſtice utrinque lamina tenuis, punctata, ſubrotunda, femora poſtica obtegens. *Abdomen* & *pedes* flavo-ferruginea. Magnitudine variat, jam præcedente vix dimidio, jam plus duplo minor.

OBS. A Dyt. Ferrugineo differre, videtur magnitudine, colore, punctisque minoribus elytrorum fere temere ſparſis: An ſatis diſtinctus?

L. DYT. Obliquus *oblongo-gibbus, flaveſcens, pectore laminato, elytris lævibus, nigris, fla-*

flavo-lineatis, margine maculaque apicis flavis.

Fabr. *Ent. Syſt.* 158. 56. *Dyt. obliquus.*

Habitat in aquis Scaniæ. Dom. Quensel.

Caput ferrugineo-flavescens, nucha fusca, oculi nigri. *Thorax* ferrugineo-flavescens, convexus, poſtice longitudine duplo latior; oculo acute armato ſubtilisſime punctatus. *Elytra* latitudine duplo longiora, convexa, poſtice acuminata, nigra, lineis plurimis, ſæpe interruptis, longitudinalibus, margine exteriore maculaque diſtincta apicis, flavis; oculo acute armato ſubtilisſime punctato-ſtriata. *Pectus* ferrugineo-flavescens, lamina utrinque poſtica, punctata, ſubrotunda, femora poſtica obtegente. *Abdomen & pedes* ferruginea. Individua majora Dyt. Impresſi magnitudine æquat.

Obs. Differt a præcedentibus colore, & elytris, etiam oculo armato, ſubtilisſime punctato-ſtriatis. Lineæ flavæ vario modo interruptæ discum nigrum elytrorum interdum maculis obliquis ſecant, ut a Cel. Dom. Fabricio deſcriptus eſt.

LI. DYT. Asſimilis *ſubovato-gibbus, lævis, glaber, thorace nigro-bipunctato, elytris ferrugineo nigroque lineatis.*

Habitat in aquis Sveciæ auſtralis rarius.

Caput ſubtus obſcure, ſupra dilute ferrugineum, baſi nigra; oculi pupillati. *Thorax* antice longitudine duplo latior, poſtice vix dilatatus, ſubtus obſcure, ſupra dilute ferrugineus, convexus, punctis duobus approximatis baſeos, margineque ſummo antico nigris. *Ely-*

Elytra ferrugineo nigroque lineata, margine exteriore inæqualiter ferrugineo; baſi thorace paulo latiora, in medio dilatata, gibba, longitudine haud dimidio anguſtiora; apex acuminatus. *Pectus abdomen* & *pedes* obſcure ferruginea. Magnitudo Dyt. Ferruginei.

Obs. Differt a Dyt. Depresſo, cui affinis videtur, præſertim corpore breviore, magis gibbo.

LII. DYT. Inæqualis *ovato-gibbus, temere punctulatus, ferrugineus, elytris nigris, lateribus inæqualiter ferrugineis.*

Fabr. *Syſt. Ent. 1. p. 200. 62. Dyt. inæqualis var. α.*

Habitat in paludibus Uplandiæ frequens.

Caput ferrugineum, oculis orbitisque oculorum nigris. *Thorax* longitudine antice duplo, poſtice triplo latior, convexus, punctatisſimus, ferrugineus, margine ſummo antico poſticoque nigro. *Elytra* latitudine fere longitudinis, gibba, punctis confertisſimis temere ſparſis, apice ſubacuminato; nigra, margine antico & laterali ferrugineo, ramulos inæquales abbreviatos exſerente. *Alæ* hyalinæ, nervis fuscis. *Pectus, abdomen* & *pedes* ferruginea. Latitudo Dyt. 6puſtulati, ſed brevior.

Var. β.

Ferrugineus, thorace antice poſticeque nigro; elytris nigris, lateribus inæqualiter, lineaque media, a macula baſeos ad medium marginis exterioris, ferrugineis.

Fabr. *Ent. Syſt. p. 20. 62. Dyt. inæqualis var. β.*

Ha-

Habitat cum præcedente, cui magnitudine, habitu & ſtatura ſimillimus.

Var. γ.

Ferrugineus, elytrorum baſi, ſutura, lineisque duabus longitudinalibus pone medium interruptis, & exterioribus ibidem hamatis, nigris.

Fabr. *Ent Syſt.* 1. *p.* 200. 65. *Dyt. reticulatus.*

Habitat cum præcedentibus, quibus magnitudine habitu & ſtatura ſimillimus.

GYRINUS.

Palpi quatuor filiformes.

Maxilla cornea, unidentata, acutisſima.

Labium emarginatum.

Antennæ cylindricæ.

1. GYR. Natator *oblongo-ovatus, cærulescenti-niger, nitidus, glaberrimus, elytris punctato-ſtriatis, pedibus rufo-flavescentibus.*

Fabr. *Ent. Syſt.* 1. *p.* 202. 1. *Gyr. Natator.*

Linn. *Syſt. Nat.* 11. *p.* 567. 1. *Gyr. natator. Fn. Sv.* 779. *Dyt. Natator.*

De Geer *Ins.* 4. *p.* 355. 1. *t.* 13. *f.* 4. *Gyr. Natator.*

Habitat in aquis ubique frequens.

Caput cœrulescenti-nigrum, nitidisſimum, oculis quatuor: bini ſuperiores, bini inferiores; antennæ baſi appendiculatæ; mandibulæ brunneæ;

neæ; palpi flaveſcentes, apice nigri. *Thorax* longitudine antice triplo, poſtice quadruplo latior, ſubtus piceus, margine rufeſcente, ſupra cœruleſcenti-niger, nitidiſſimus, glaberrimus, convexus, rugis quibusdam leviſſimis, lunulaque utrinque antica e punctis minutiſſimis, nudis oculis inconſpicuis. *Scutellum* minutum, ſubtriangulare. *Elytra* baſi thoraci æqualia, in medio dilatata ut vix latitudine dimidio longiora ſint, jam nigra, jam cœruleſcenti-nigra, nitidiſſima, margine laterali ſubtus jam rufeſcente, jam nigro-æneo; convexa, poſtice ſubtruncata, abdomine breviora, ſtriis undecim e punctis minutis, nudis oculis vix conſpicuis. *Alæ* amplæ, fusco-hyalinæ, nervis flaveſcentibus, maculaque magna coſtali nigra. *Pectus* obſcure piceum, nitidiſſimum, ſterno canaliculato, apice bifido, rotundato. *Abdomen* piceum, interdum certo ſitu ſubæneum. *Pedes* rufo-flaveſcentes, poſtici & intermedii valde compreſſi; tarſi omnes quinquearticulati. Hydr. Griſei latitudine, & paulo longior.

Var. β.

Supra niger, margine exteriore ſubæneo, ſubtus flavus, abdomine in medio obſcuriore.

Habitat minus frequens cum præcedente, quo duplo minor, ſed habitu & ſtatura ſimillimus: an ſpecie diſtinctus?

II. GYR. Bicolor *oblongus, ſubcylindricus, glaberrimus, elytris punctato-ſtriatis, latitudine duplo longioribus.*

FABR.

FABR. *Ent. Syſt.* 1. p. 202. 2. *Gyr. bicolor.*
Habitat in aquis Finlandiæ minus frequens, *Dom.* PFEIFF.

Caput ſubtus piceum, ſupra nigro-ſubæneum, nitidum; frons punctis duobus interocularibus impreſſis; oculi quatuor nigri; antennæ baſi appediculatæ, nigræ; mandibulæ brunneæ; palpi rufescentes, apice nigri. *Thorax* longitudine antice fere duplo, poſtice triplo latior, ſubtus nigro-piceus, margine rufo, ſupra ſubæneo-niger, nitidiſſimus, convexus, ſubmarginatus, lunula antica utrinque e punctis minutiſſimis, rugisque quibusdam dorſalibus. *Scutellum* æneo-nigrum ſubtriangulare. *Elytra* thorace haud latiora, at latitudine duplo longiora, cylindrica, ſubæneo-nigra, nitidiſſima, margine ſubtus rufo; valde convexa, ſubtiliſſime punctato-ſtriata, abdomen vix obtegentia. *Pectus* & *abdomen* picea. *Pedes* rufo-flavescentes, intermedii & poſtici valde compreſſi, tarſis omnibus 5articulatis. Gyr. Natatoris haud latitudine, ſed dimidio fere longior, magisque convexus, cylindricus.

ELEPHORUS.

Maxilla cornea, apice membranacea.
Labium corneum, quadratum.
Antennæ clava ſubſolida.

1. EL. Aquaticus *thorace æneo-viridi quinque-* *ſul-*

ſulcato, elytris griſeo-ſubæneis, punctato-ſtriatis.

Fabr. *Ent. Syſt. 1. p. 202. 1. El. aquaticus. var. major. p. 205. 5. El. flavipes, var. minor.*

Herbst. *Col. 5. 139. 2. t. 49. f. 7. El. aquaticus, & ibid. p. 138. 1. t. 49. f. 6. El. flavipes. var. major. Ibid. p. 143. 7. t. 49. f. 12. El. griſeus var. minor.*

Linn. *Syſt. Nat. 11. p. 573. 25. Fn. Sv. 461. Silpha aquatica, var. major. Syſt. Nat. 11. p. 663. 29. Fn. Sv. 763. 29. Bupr. granularis, var. minor.*

De Geer *Ins. 4. p. 379. 5. Hydr. æneus.*

Habitat in aquis ſtagnantibus frequens.

Caput viridi-æneum, nitidum, clypeo rotundato, punctulato; frons inter oculos profunde impreſſa; antennæ palpique flaveſcentes; oculi nigri. *Thorax* transverſus, ſubtus niger, opacus, ſupra viridi-æneus, antice longitudine fere duplo latior, poſtice anguſtatus; convexus, punctulatus, ſulcis quinque longitudinalibus; intermedio recto, lateralibus flexuoſis. *Elytra* thorace fere quadruplo longiora, at vix latiora, ſtriis decem e punctis minutis impreſſis; convexa, mox dilutius, mox obſcurius griſea, fusco obſolete maculata, certo ſitu ſubæneo-nitentia. *Pectus* & *abdomen* nigra. *Pedes* pallide flaveſcentes, tarſis, ut in omnibus hujus generis, 5-articulatis. Magnitudo nimis variat; majores longitudinem Hydr. Scarabæoidis attingunt, licet anguſtiores ſint, ſed cum illis alii cohabitant duplo, quadruplo, & ſextuplo minores, ſtatura, habitu & colore ſimillimi, quos nullis chara-

Digitized by Google

ćteribus genuinis diſtingvere mihi licuit, quamvis valde veroſimile ſit illos ſpecie a prioribus differre.

II. EL. Elongatus *linearis, thorace nigro-ſubæneo, foveolato, elytris fuſcis punćtato-ſtriatis, interjećtis carinulis quinque; interioribus abbreviatis.*

Fabr. *Ent. Syſt. 1. p. 204. 3. El. Elongatus.*
Herbst. *Col. 5. 141. 4. t. 49. f. 9. El. Elongatus.*

Habitat in Stagnis Sveciæ auſtralis rarius.

Caput ſubtus nigrum, ſupra obſcure nigro-ſubæneum; frons profunde punćtulata, integra; antennæ palpique picei; oculi prominuli, nigri. *Thorax* transverſus, antice longitudine fere latior, poſtice parum anguſtatus; ſubtus niger, opacus, ſupra obſcure nigro-ſubæneus, confertisſime punćtatus, foveolis 6 dorſalibus profunde impresſis. *Elytra* thorace parum latiora, & latitudine triplo longiora, fuſca, convexa, lineis 5 longitudinalibus elevatis, exterioribus tribus integris, punćtis duplici ordine interjećtis, linea vero ſuturæ proxima poſtice, & ſubſuturali antice abbreviatis, illa punćtis duplici, hæc punćtis ſimplici ordine excavatis, adjacentibus. *Pećtus* & *abdomen* fuſca. *Pedes* picei. Longitudo Derm. undati ſed duplo fere anguſtior.

Obs. Lineæ elevatæ elytrorum interdum nigro-ſubæneæ, nitidæ.

III. EL. Brevis *niger, thorace anguſto inæquali, elytris carinulis quatuor, punćtis duplici ordine interjećtis, abdomine oblongo-ovato.* Herbst.

Digitized by Google

Herbst. *Col. 5. 141. 5. t. 49. f. 10. El. brevis.*
Habitat in aquis Weſtrogothiæ & Uplandiæ rarius.

Caput nigrum, breve, punctulatum, fronte integra. *Thorax* niger, antice latitudine longitudinis, poſtice parum anguſtatus; ſupra convexus, punctulatus, foveolis quibusdam profunde impresſis. *Elytra* nigra, thorace paulo latiora, & latitudine haud duplo longiora, convexa, ſutura lineisque quatuor longitudinalibus, integris, elevatis, punctis excavatis duplici ordine interjectis. *Pectus*, *abdomen* & *pedes* nigra. Latitudine vix præcedentis, & dimidio fere brevior.

IV. EL. Fennicus *ferrugineus*, *fronte integra*, *thorace 5 ſulcato*, *elytris griſeis: carinis quatuor*, *punctis duplici ordine interjectis.*
Habitat in Finlandia rarius, *Dom.* Pfeiff.

Caput deflexum, ferrugineum, clypeo rotundato, punctulato, integro; frons integra. *Thorax* ferrugineus, latitudine undique æquali, ſeu vix dupla longitudinis, convexus, marginatus, ſulcis quinque profundis longitudinalibus, intermedio recto, lateralibus flexuoſis. *Elytra* thorace vix latiora, & latitudine triplo longiora, griſea, punctis quibusdam paucioribus, discoidalibus, nigris; parum convexa, ſutura lineisque quatuor longitudinalibus, integris, elevatis, punctis duplici ſerie excavatis, interjectis. *Pectus*, *abdomen* & *pedes* ferruginea. Majora individua El. Aquatici longitudine æquat, ſed paulo latior.

Digitized by Google

Obs. Clava antennarum elongata, & ſub microſcopio in articulos tres diviſa videtur; Tarſi antici & intermedii 5-articulati; poſticos haud vidi, quia nunquam niſi unicum individuum mutilatum mihi occurrit. An potius ad Opatra eſt amandandus? mihi haud rite notus. Valde affinis ſequenti, ſed differre videtur magnitudine, fronte integra, & clava antennarum magis elongata.

V. EL. Nubilus *fronte impreſſa, thorace 5ſulcato, elytris griſeis, nigro-variegatis: carinis quatuor, punctis duplici ordine interjectis.*

Fabr. *Ent. Syſt. 1. p. 204. 2. El. nubilus. Ibid. p. 91. 15. Opatr. minutum.*

Herbst. *Col. 5. p. 140. 3. t. 49. f. 8. El. nubilus.*

Habitat in collibus arenoſis paſſim; nunquam in aquis viſus.

Caput nigrum; clypeo rotundato, punctulato, fronte impreſſa, rugoſa; oculi prominuli; antennarum clava brevis: oculo acute armato in articulos tres valde compreſſos diviſa. *Thorax* griſeo-ferrugineus, antice longitudine vix duplo latior, poſtice parum ſubanguſtatus; convexus, marginatus, ſulcis quinque profundis longitudinalibus, intermedio recto, lateralibus flexuoſis. *Elytra* thorace vix latiora & latitudine triplo longiora, griſea, maculis punctisque plurimis nigris temere ſparſis; convexa, ſutura lineisque quatuor longitudinalibus, integris, elevatis, punctis duplici ordine interjectis, excavatis. *Pectus, abdomen & pedes* griſeo-teſtacea; tarſi omnes quinquearticulati. Quadruplo minor præcedente.

VI.

Digitized by Google

VI. EL. Pygmæus *niger, fronte bipunctata, thorace lineola longitudinali, poſtice rotundato, elytris punctato-ſtriatis.*

Fabr. *Ent. Syſt.* 1. *p.* 205. 7. *El. Pygmæus.*
Herbst. *Col.* 5. *p.* 145. 10. *El. Pygmæus.*

Habitat in ſtagnis paſſim.

Caput nigrum, antice acuminatum; frons ſubtiliſſime punctulata, lineola antica transverſa, punctisque duobus majoribus diſtinctis interocularibus, impreſſis; antennæ flavescentes. *Thorax* niger, antice elytrorum fere latitudine, poſtice anguſtato-rotundatus; parum convexus, oculo armato ſubtiliſſime punctulatus, lineola diſtincta dorſali impreſſa. *Elytra* nigra, apice obſolete rufeſcentia; latitudine duplo longiora, convexa, ſtriis decem integris, punctis minutis impreſſis. *Pectus & abdomen* nigra. *Pedes* rufo-ferruginei. Longitudine ſeminis ſinapis, ſed anguſtior.

VII. EL. Marinus *fronte bipunctata, thorace æneo transverſim impreſſo, elytris punctato-ſtriatis, pedibus pallidis.*

Habitat ad littora maris in Bahuſia inter conſervas.

Caput viridi-æneum, nitidum, antice acuminatum; frons ſubtiliſſime punctulata, lineola antica transverſa, punctisque duobus majoribus diſtinctis interocularibus impreſſis; antennæ flavescentes. *Thorax* transverſus, antice longitudine dimidio latior, poſtice parum anguſtatus; ſubtus niger, ſupra viridi-æneus, nitidus, convexus, foſſulis duabus profundis,

Digitized by Google

transverſalibus arcuatis in medio dorſi; lineola longitudinali nulla, ſed foveola utrinque obſoleta laterali. *Elytra* nigra, vel obſcure nigro-ſubænea, latitudine duplo longiora, convexa, ſtriis decem integris, punctis minutis impreſſis. *Pectus* & *abdomen* nigra. *Pedes* pallide ferruginei. Magnitudo vix præcedentis, a quo præſertim differt colore & forma thoracis.

VIII. EL. Minimus *niger, antennis, pedibus palpisque pallidis, clypeo emarginato, thorace lævi, elytris conſertisſime punctato-ſtriatis.*

FABR. *Ent. Syſt. 1. p. 205. 8. El. minimus.*

KUGELLAN *in Schneid. Ent. Mag. 1. p. 575. Hydræna riparia.*

HERBST. *Col. 5. p. 142. 6. t. 49. f. 11. El. minimus?*

Habitat in aquoſis rarius.

Caput nigrum, antice valde productum, clypeo emarginato; frons integra, ſubtilisſime punctulata; antennæ, palpique elongati, flavescentes. *Thorax* niger, transverſus, in medio dilatatus, ſubangulatus, longitudine dimidio latior; parum convexus, ſubtilisſime punctatus, foveolis impreſſis nullis. *Elytra* latitudine plus duplo longiora, nigro-fusca, parum convexa, ſtriis integris, conſertisſimis (ultra 16) e punctis minutisſimis impreſſis. *Pectus* & *abdomen* nigra. *Pedes* pallide ferruginei. Præcedente fere dimidio major.

CLE-

CLERUS.

Palpi quatuor:
Antici filiformes,
Poſtici longiores, ſecuriformes.
Antennæ moniliformes.

1. CLER. Formicarius *niger, thorace abdomineque rufis, elytris faſcia duplici alba, baſique rubris.*

Fabr. *Ent. Syſt. 1. p. 207. 5. Cler. Formicarius.*

Linn. *Syſt. Nat. 2. 620. 8. Faun. Sv. 641. Attelabus formicarius.*

De Geer *Ins. 5. 160. 3. t. 5. 8. Cler. formicarius.*

Habitat pasſim ſat frequens.

Caput nigrum, pubeſcens, ſubtilisſime punctatum, antennis apice ruſeſcentibus. *Thorax* rufus, griſeo-ſubpubeſcens, punctulatus, antice niger, transverſus, latitudine fere longitudinis, poſtice anguſtato-ſubcylindricus. *Scutellum* minutum, ſubrotundum. *Elytra* remota latitudine triplo longiora, punctulata, pubeſcentia; nigra, baſi rubra, faſciisque duabus e pilis denſis, brevibus, albidis, altera ſinuata paulo ante medium, altera transverſa, apici propiore. *Pectus* & *abdomen* rufa, punctulata. *Pedes* jam nigri, griſeo-pubeſcentes, tarſis ruſeſcentibus; jam flavo-ruſeſcentes, geniculis tantum nigris; tarſi omnes 5 articulati. Derm. Lardario vix latior, ſed longior.

Digitized by Google

NOTOXUS.

Palpi quatuor ſecuriformes.
Maxilla unidentata.
Antennæ filiformes, extrorſum craſſiores.

I. NOT. Mollis *pubescens, elytris fuscis, apice fasciisque duabus pallidis.*

Fabr. *Ent. Syſt. 1. p. 211. 5. Not. mollis.*
Linn. *Syſt. Nat. p. 621. 642. Attelabus mollis.*
De Geer *Ins. 5. 159. 2. Clerus fusco-fasciatus.*

Habitat apud nos paſſim.

Caput fuscum, pubescens, punctulatum, mandibulis brunneis; antennæ rufescentes, capite thoraceque longiores. *Thorax* fuscus, pubescens, punctulatus, latitudine longior, poſtice parum anguſtatus. *Scutellum* rufum, breve, ſubrotundum. *Elytra* thorace parum latiora, at quadruplo fere longiora, convexa, obſolete punctato-ſtriata, fusca, pubescentia, apice fasciisque duabus pallidis: altera obliqua baſeos, ex angulo anteriore ad ſuturam, altera transverſa in medio. *Alæ* elytris paulo longiores, hyalino-flavescentes, nervis obſcurioribus. *Pectus* piceo-rufescens, punctulatum. *Abdomen* teſtaceo-rufescens, punctulatum. *Pedes* pallidi, femoribus apice fuscis, tarſis omnibus quadriarticulatis. Latitudo vix Cleri Formicarii, ſed paulo longior.

XYLITA.

Palpi quatuor, inæquales: antici ſecuriformes, poſtici clavati.

Maxilla cornea, bifida.

Labium bifidum.

Antennæ filiformes.

I. XYL. Bupreſtoides *thorace lævi, fuſcus, elytris dilutioribus.*

FABR. *Ent. Syſt. 1. p. 234. 84. Elater Bupreſtoides.*

Habitat in ligno putrido.

Genus affine Elateri ſed diſtinctum. *Palpi* quatuor, inæquales: *anteriores* longiores, maxillæ dorſo adhærentes, quadriarticulati, articulo baſeos brevi, ſubcylindrico, ſecundo tertioque obconicis, quarto ſecuriformi; *poſteriores* labii baſi adnati, breves, triarticulati, articulo baſeos anguſto, ſubcylindrico, ſecundo apice dilatato, tertio craſſitie præcedentis, apice obtuſe rotundato. *Mandibula* cornea, arcuata, unidentata, apice acuta. *Maxilla* cornea, bifida, laciniis apice rotundatis, exteriori majori. *Labium* membranaceum, bifidum, apice dilatatum.

Xylitæ corpus elongatum, ſubcylindricum, pubeſcens, capite inſerto, deflexo, thorace convexo, immarginato, ſcutello minuto, apice rotundato, elytris temere punctulatis, longitudine abdominis, pedibus ſimplicibus brevibus, tarſis anticis & intermediis quinque poſticis quadriarticulatis, colore vario.

Caput fuſcum, pube griſescente, antennæ capitis thoraciſque longitudine. *Thorax* fuſcus, pube griſescente, ſubtiliſſime punctatus, convexus, antice anguſtatus, rotundatus, margine laterali compreſſo; in medio dilatatus, poſtice transverſus, latitudine fere longitudinis. *Scutellum* minutum, rotundatum. *Elytra* fuſca, griſea, pubeſcentia, holoſericea, convexa, latitudine triplo longiora. *Alæ* fuſco-hyalinæ, nervis obſcurioribus. *Pectus abdomen* & *pedes* fuſca, griseo-pubeſcentia, holoſericea, nitida. Magnitudine ſæpius Elat. Balteati.

II. XYL. Ferruginea *obſcure ferruginea, thorace brevisſimo, poſtice ſupra retuſo.*

Habitat in Finlandia.

Caput obſcure ferrugineum, punctulatum, pube griſescente; oculi nigri; antennæ capite thoraceque paulo longiores. *Thorax* obſcure ferrugineus, punctulatus, pube griſescente; ſubmarginatus, convexus, antice rotundatus, poſtice ſubtransverſus, longitudine fere dimidio latior, angulis ſupra retuſis. *Scutellum* minutum, ferrugineum. *Elytra* obſcure ferruginea, pube griſescente, punctulata, minus quam in congeneribus convexa, thorace vix latiora, ſed quadruplo fere longiora. *Pectus*, *abdomen* & *pedes* obſcure ferruginea, pube griſescente. Longitudo Derm. Murini, ſed anguſtior.

Obs. Junior totus flavicat. Hujus generis videtur. Mandibulæ, maxillæ, palpique omnino ut in præcedente, ſed ſtructura labii mihi adhuc la-

latet, quia non niſi unicum individuum haud bene conſervatum examini ſubjici potui.

HYPULUS.

Palpi quatuor inæquales: antici filiformes, apice oblique ſubulati, poſtici extrorſum craſſiores.

Maxilla membranacea, bifida.

Labium membranaceum, apice rotundatum, integrum.

Antennæ filiformes.

I. HYP. 4guttatus *thorace lævi, niger, elytris maculis quatuor lunatis flavis.*

Habitat ſub cortice betulæ in Nylandia rarius, Dom. Pfeiff.

Palpi quatuor inæquales: *anteriores* longiores maxillæ dorſi adnati, filiformes, articulis primo tertioque brevioribus, ſecundo longiore, obconico, quarto longitudine ſecundi, cylindrico, apice oblique ſubulato: *poſtici* labii baſi adhærentes, articulo primo breviſſimo anguſto, cylindrico, ſecundo obconico, tertio craſſitie præcedentis, apice obtuſo. *Mandibu-*

Hypuli corpus elongatum, immarginatum, ſubpubescens, capite inſerto, deflexo, oculis ovatis haud prominulis, thorace convexo, ſcutello minuto, elytris rigidis convexis, longitudine abdominis, temere punctulatis, pedibus brevibus ſimplicibus, tarſis anticis & intermediis quinque poſticis quadriarticulatis, colore vario.

Digitized by Google

bula cornea, arcuata, bidentata, acuta. *Maxilla* membranacea, bifida, laciniis ſubæqualibus, apice rotundatis. *Labium* breve, membranaceum, apice rotundatum, integrum.

Caput minutum, antice ferrugineum, poſtice nigrum, ſubtilisſime punctatum; antennæ fuscæ, capitis thoracisque longitudine, baſi ferrugineæ. *Thorax* niger, ſummo margine antico obſolete ferrugineo; valde convexus, ſubtilisſime punctulatus, antice anguſtatus, rotundatus, margine laterali compresſo; poſtice dilatatus, transverſus, latitudine fere longitudinis. *Scutellum* minutisſimum, nigrum. *Elytra* convexa, ſubtilisſime punctulata; baſi thorace paulo anguſtiora, latitudine triplo longiora, poſtice parum anguſtata, apicibus rotundatis; nigra, lunulis discoidalibus duabus flavis, altera baſi propiore, verſus angulum anteriorem exteriorem flexa, altera paulo pone medium retrorſum ſpectante. *Alæ* hyalino-fuscescentes. *Pectus & abdomen* obſcure fusca, ano marginibusque ſegmentorum rufescentibus. *Pedes* fusco-rufescentes, femoribus obſcurioribus. Magnitudine Xyl. bupreſtoidis.

Obs. Oculo armato pubes brevisſima griscescens adſperſa cernitur.

II. HYP. Quercinus *thorace fusco foveolato, elytris ferrugineis: lineola baſeos, fascia media punctoque apicis nigris.*

Fabr. *Ent. Syſt. 1. p. 211. 4. Notoxus Dubius.*
Quenzel *Ign. Ins. Sp. 1. p. 17. Elat. Quercinus.*

Habitat ſub cortice, & intra lignum putridæ quercus in Scania & Blekingia.

Ca-

Digitized by Google

Caput fuſcum, pube breviſſima griſeſcente; palpi ferruginei; antennæ capite thoraceque longiores, articulis ſubmoniliformibus. *Thorax* fuſcus, pube griſeſcente, latitudine ſubæquali, & fere longitudinis; antice poſticeque transverſus, angulis anterioribus rotundatis, poſterioribus acutis, prominulis; ſubtus ut in congeneribus mucrone nullo; ſupra convexus, foſſula utrinque poſtica, lata, profunda. *Scutellum* minutum, apice rotundatum. *Elytra* thorace vix latiora, ſed triplo fere longiora, convexa, ſubtiliſſime temere punctulata; ferruginea, pube brevi cinerascente, lineola ſuturali baſi communi poſtea extrorſum flexa, fascia lata, transverſa, inæquali, paulo pone medium, punctoque apicis fuſcis. *Pectus* & *abdomen* fusco-rufeſcentia, ſegmentorum marginibus dilutioribus. *Pedes* ferruginei. Magnitudo Elat. Minuti.

Obs. Hyp. Bifasciatus, vel Notoxus 2fasciatus Fabricii, in patria mihi haud occurrit, ſed e Germania miſſus. Differt ab Hyp. Quercino præſertim magnitudine paulo majori, colore, thoraceque magis convexo, poſtice foveolato.

ANTHICUS.

Palpi quatuor inæquales: antici ſecuriformes; poſtici filiformes.
Labium membranaceum, ſubtruncatum.
Maxilla membranacea, ſubcylindrica, unidentata.
Antennæ filiformes. I. Anth.

Anthici corpus minutum, oblongum, immarginatum, agile, capite ovato, inflexo, thorace ſub-

I. ANTH. Monoceros *thorace cornuto, elytris ferrugineis, puncto, ſutura antice, faciaque nigris.*

FABR. *Ent. Syſt. 1. p. 211. 6. Not. monoceros.*
LINN. *Syſt. Nat. 11. 681. 14. Mel. monoceros.*
Fn. Sv. 639. Attel. monoceros.
HERBST. *Arch. t. 25. f. 4.*
SCHÆFF. *Icon. t. 188. 3.*

Habitat in floribus Delphinii & umbellatarum rarius.

Genus omnino diſtinctum. Os maxillis palpiſque. *Palpi* quatuor: *anteriores* adhærentes maxillæ dorſo, articulis quatuor: baſeos brevisſimo, ſecundo longiore, ſubcylindrico, tertio moniliformi, quarto ſecuriformi; *poſtici* labio adnati, brevisſimi, filiformes, triarticulati. *Mandibula* brevis, cornea, edentula, arcuata, acuta. *Maxilla* membranacea, ſubcylindrica, unidentata, apice obtuſa. *Labium* membranaceum, apice ſubtruncatum, integrum.

Caput ferrugineum; oculis nigris, antennis dimidio corpore longioribus. *Thorax* convexus, poſtice ferrugineus, rotundatus, antice nigricans, exiens in cornu ſerratum, apice rotundatum, ultra caput extenſum. *Scutellum* minutisſimum, triangulare. *Elytra* latitudine duplo longiora, convexa, temere punctulata, te-

---

ovato, antice anguſtiore, ſcutello minuto, triangulari; elytra convexa, abdominis longitudine, pedibus tenuibus, inermibus, anticis & intermediis 5 articulatis, poſticis articulis quatuor. Colore vario.

Digitized by Google

teſtaceo-ferruginea, puncto antico diſcoidali, faſcia transverſa paulo pone medium, ſuturaque antice, e faſcia ad baſin late nigris. *Alæ* amplæ, albo-hyalinæ, nervis obſcurioribus. *Pectus, abdomen & pedes* teſtaceo-ferruginea. Longitudine Scarab. 4 puſtulati, ſed anguſtior.

Obs. Oculo armato pube brevisſima griseſcentibus adſperſus apparet.

I. ANTH. Antherinus *niger, thorace ſubgloboſo, elytris fasciis duabus ferrugineis.*

Fabr. *Ent. Syſt. 1. p. 212. 9. Not. antherinus.*

Linn. *Syſt. Nat. 2. p. 681. 16. Fn. Sv. 829. Mel. antherinus.*

Habitat in floribus frequens.

Caput nigrum; antennæ dimidio corpore longiores. *Thorax* niger, ſubtilisſime punctatus, pube brevisſima griseſcente; ſubgloboſus, antice latitudine fere longitudinis, poſtice parum anguſtatus. *Scutellum* minutisſimum, nigrum. *Elytra* latitudine plus duplo longiora, convexa, ſubtilisſime temere punctulata, pube brevisſima griseſcente; nigra, faſciis duabus ferrugineis, altera obliqua baſeos, ſuſuturam haud attingente, altera transverſa poſtica, margine exteriore intacto. *Alæ* amplæ, albo-hyalinæ. *Pectus, abdomen & pedes* nigra, tarſis pallidis. Paulo minor eſt præcedente.

Var. β.

Niger, elytris macula obſoleta, poſtica ruſeſcente.

Habitat cum præcedente, cui ſimillimus.

Var.

Digitized by Google

Var. γ.

Niger, elytris immaculatis.

Fabr. *Ent. Syſt. 1. p. 212. 11. Not. minutus.*

Habitat rarius cum præcedentibus, quibus habitu & ſtatura omnino ſimilis.

III. ANTH. Floralis *niger, thorace ſubgloboſo, glabro, lævi, elytrisque antice ferrugineis.*

Fabr. *Ent. Syſt. 1. 212. 10. Not. floralis.*

Habitat in floribus haud frequens.

Caput jam nigrum, jam fuſco-rufeſcens; antennæ dimidio corpore longiores, ſæpius ferrugineæ, interdum apice nigræ. *Thorax* ferrugineus, lævis, glaber, ſubgloboſus, antice latitudine fere longitudinis, poſtice parum anguſtatus. *Scutellum* minutisſimum, ferrugineum. *Elytra* latitudine plus duplo longiora, convexa, nigra, baſi ferruginea. *Pectus* & *abdomen* jam nigra, jam pallide fuſca. *Pedes* ferruginei, femoribus obſcurioribus, interdum nigris. Magnitudine præcedentis.

Obs. Oculo acute armato elytra ſubtilisſime punctulata, pube brevisſima, & thorax etiam punctis omnino minutisſimis, vix vero ulla pube adſperſus, qua ab Anth. Antherino differre videtur: An ſatis diſtinctus? Meloë Floralis, Linn. mihi haud rite notus, forſan modo varietas hujus ſpeciei vel præcedentis.

IV. ANTH. Oculatus *oculis maximis approximatis, thorace ſulculis transverſis, elytris pedibusque pallidis.*

Habitat in Finlandia, Dom. Pfeiff.

Caput nigrum, oculis maximam partem ca-
pi-

pitis obtegentibus, approximatis; antennæ palpique pallidi. *Thorax* niger, capite anguſtior, longitudine fere latitudinis; antice transverſus, poſtice rotundatus, convexus, punctulatus, ſulculis duobus transverſis in medio. *Scutellum* minutum, nigrum. *Elytra* pallida, latitudine plus duplo longiora, convexa; oculo armato ſubtilisſime temere punctulata, pube brevisſima. *Pectus & abdomen* fuscescentia. *Pedes* pallidi. Dimidio præcedente minor.

Obs. Oculis maximis & thorace ſulcato a reliquis diſtinguitur.

V. ANTH. Ferrugineus *ferrugineus, capite nigro, thorace ſubcylindrico, dorſo ſubinæquali.*

Habitat in Finlandia. Dom. Pfeiff.

Caput nigricans; antennæ ferrugineæ, dimidio corpore longiores. *Thorax* ferrugineus, ſubcylindricus, longitudine latitudinis, glaber, punctulatus, dorſo parum inæquali. *Scutellum* punctiforme, ferrugineum. *Elytra* ferruginea, latitudine paulo plus quam dimidio longiora, convexa, glabra, punctulata. *Alæ* albo-hyalinæ. *Pectus & pedes* ferruginea. *Abdomen* piceum. Magnitudine & ſtatura præcedentis, ſed oculis minoribus & thorace haud ſulcato.

CANTHARIS.

Palpi ſecuriformes.
Maxilla bifida.
Labium integrum,
Antennæ filiformes.

I. CANTH. Fuſca *thorace ovato rubro, macula nigra; elytris fuſcis.*

Fabr. *Ent. Syſt. 1. p. 213. 1. Canth. fuſca.*

Linn. *Syſt. Nat. 11. p. 647. 2. Fn. Sv. 700. Canth. fuſca.*

De Geer *Jns. 4. p. 60. 1. t. 2. f. 12. Telephorus fuſcus.*

Habitat ubique frequens menſe Junii.

Caput poſtice nigrum, antice ruſescens; deflexum, antennis dimidio corpore longioribus, nigris, baſi rufeſcentes; palpi nigri. *Thorax* ruber vel rufeſcens, macula antica magna nigra; longitudine latior, obovatus, antice poſticeque ſemirotundatus, dorſo convexo, lineola longitudinali excavata, lateribusque depreſſis, margine prominulo. *Scutellum* fuſcum, minutum, triangulare, lineola longitudinali. *Elytra* fuſca, thorace triplo longiora, ſubtiliſſime temere punctulata, depreſſiuſcula, apice obtuſiuscula, abdomen obtegentia, atque ut in cœteris congeneribus flexilia. *Alæ* amplæ, fuſco-hyalinæ. *Pectus* fuſcum. *Abdomen* ſupra rufeſcens, ſubtus fuſcum, lateribus apiceque rufeſcentibus. *Pedes* fuſci, femoribus anticis, interdum etiam intermediis & poſticis baſi rufeſcentibus; tarſi omnes ut

in

Digitized by Google

ſin congeneribus 5-articulati. Not. Mollis longitudine, ſed latior.

Obs. Mares fœminis ſimillimi, ſed minores; oculo armato undique pube ſubtilisſima griſeſcente veſtiti, ut etiam ſequente.

II. CANTH. Alpina *thorace tranſverſo flaveſcente, macula nigra, poſtice unidentato.*

Habitat in vicinitate alpium Dalecarliæ & Lapponiæ.

Caput deflexum, nigrum, clypeo flaveſcente; antennæ fuſcæ, baſi flaveſcentes, dimidio corpore longiores. *Thorax* longitudine fere dimidio latior, in medio dorſi parum convexus, lateribus depresſis, margine prominulo, antice poſticeque tranſverſus, poſtice dente brevisſimo in utroque angulo armatus; flaveſcens, macula media nigra, in altero ſexu maxima. *Scutellum* triangulare, fuſcum. *Elytra* latitudine plus triplo longiora, ſubtilisſime tenere punctulata, luride flaveſcentia, in altero ſexu fuſca. *Pectus* fuſcum. *Abdomen* fuſcum, ano ſæpe, ſegmentorumque marginibus, præſertim ad latera, flaveſcentibus. *Pedes* fuſci, interdum luride palleſcentes. Paulo longior, ſed anguſtior eſt præcedente.

III. CANTH. Diſpar *thorace marginato, ovato, teſtaceo; macula frontali, pectore, tibiis poſticis, antennarumque apice nigris.*

Fabr. *Ent. Syſt. 1. p. 213. 3. Canth. diſpar. Ibid. p. 213. 2. Canth, livida fæm.*

Linn. *Syſt. Nat. 2. p. 647. 3. Fn. Sv. 701. Canth. livida. fæm.*

De Geer *Inſ. 4. 70. 2. Teleph. lividus.*
Habitat in hortis frequens.

Caput teſtaceum, macula frontali nigra; antennæ thoracis elytrorumque longitudine, baſi teſtaceæ, poſtice nigro-fuscescentes; oculi minuti, nigri. *Thorax* ovatus, teſtaceus, immaculatus, dorſo rufescente, convexo, lineola longitudinali; margine prominulo. *Scutellum* triangulare, pube albicante. *Elytra* thorace haud latiora, at fere quadruplo longiora, in mare teſtacea, in fœmina fusca, pube flavescenti-lucida. *Alæ* nigro-hyalinæ. *Pectus* nigrum, pube griſeo-argentea. *Abdomen* rufo-teſtaceum, in medio ſupra infraque fuscescens. *Pedes* teſtaceo-rufescentes, tibiis poſticis apiceque femorum poſticorum nigro-fuscis. Præcedentis latitudine ſed paulo longior.

IV. CANTH. Violacea *nigra, capite antice, thoracis orbiculati medio, abdomineque luteis, elytris violaceis.*
Habitat in Svecia auſtrali.

Caput poſtice nigrum, antice luteum, palpis apice nigris; antennæ longitudine corporis, nigræ, primo articulo luteſcente. *Thorax* ſuborbiculatus, marginatus, margine omni, laterali vero latius, nigro, disco luteo, convexo, lineola longitudinali. *Scutellum* ſubtriangulare, nigrum. *Elytra* thoracis latitudine, ſed quadruplo longiora, violacea, pube breviſſima griſescente. *Alæ* nigro-hyalinæ. *Pectus* nigrum. *Abdomen* luteum. *Pedes* nigri, baſi femorum tibiarumque obſolete luteſcente. Longitudo Cantharid. Fuscæ ſed anguſtior.

Obs.

Obs. Differt a præcedentibus, colore, antennis longioribus, & thorace orbiculato.

V. CANTH. Pellucida *thorace luteo marginato, antice rotundato, poſtice transverſo, vertice, elytris, pectore tibiisque fuscis.*

Fabr. *Ent. Syſt. 1. p. 214. 7. Canth. pellucida.*

Habitat in Suecia meridionali.

Caput poſtice fuscum, antice luteum, palpis apice fuscis; antennæ capitis thoracisque longitudine, nigræ, baſi flavescentes. *Thorax* antice rotundatus, poſtice transverſus, longitudine paulo latior, marginatus, disco valde convexo, luteo-rufescente, limbo pallidiore. *Scutellum* fuscum. *Elytra* thoracis latitudine, ſed quadruplo longiora, fusca, pube breviſſima griſescente. *Alæ* nigro-hyalinæ. *Pectus* fuscum. *Abdomen* lutescens, baſi in medio ſupra infraque fuscescens. *Pedes* fusci, femoribus omnibus luteis; tibiæ tarſique anteriores luteo-fuscescentes.

Obs. A Canth. Fulvicolli, cui nimis affinis, differt colore, & magnitudine duplo majore.

VI. CANTH. Aſſimilis *thorace marginato ovato, teſtacea, antennis, abdominis medio, tibiis tarſisque nigris, elytris brevibus.*

Habitat in pratis ſat frequens.

Caput rufum, fronte in mare nigra, in fœmina macula obſoleta fusca; antennæ elytrorum longitudine, nigræ, articulo baſeos obſolete rufescente; oculi nigri. *Thorax* ovatus, ſtatura præcedentis; in fœmina rufo-te-

ſtaceus, immaculatus, in mare macula magna media nigra. *Scutellum* triangulare, fuscum. *Elytra* teſtacea, lævia, latitudine haud triplo longiora. *Alæ* nigræ. *Pectus* nigrum. *Abdomen* nigrum, margine, ſegmentoque anali rufo-teſtaceis. *Pedes* nigri, femoribus baſi rufis. Præcedentis fere latitudo, ſed brevior.

Obs. Marem unicum vidi femoribus unicoloribus nigris. A Canth. Diſpari differt colore & corpore breviore.

Var. β.

Subtus nigra, ſupra pallide teſtacea, thorace poſtice nigro maculato.

Habitat cum varietate præcedente, cui ſtatura & magnitudine omnino ſimilis, ſed thorax in utroque ſexu poſtice macula magna ſubcordata nigra, in mare punctum, in fœmina maculam irregularem baſeos teſtaceam includente; abdomen nigrum, ſegmentorum marginibus, tibiis tarſisque fuſco-pallescentibus. Datur etiam magnitudine paulo minori, thoracisque diſco fere toto in mare nigro, margine modo punctoque baſeos pallidis. An Species diſtinctæ.

VII. CANTH. Obſcura *nigra, thoracis marginati ovati, abdominisque margine flavo rubro.*

Fabr. *Ent. Syſt. 1. p. 214. 6. Canth. obſcura.*

Linn. *Syſt. Nat. 11. p. 648. 5. Fn. Sv. 706. Canth. obſcura.*

Ha-

Digitized by Google

Habitat in plantis frequens.

Caput nigrum, interdum antice flavicans; antennæ elytris fere longiores, jam nigræ, baſi pallescentes, jam undique fusco-pallidæ. *Thorax* ſtatura præcedentium niger, margine laterali & interdum antico poſticoque his tenuisſime licet, flavo-rufis. *Scutellum* minutum, triangulare, nigrum. *Elytra* nigra, latitudine haud triplo longiora. *Alæ* nigræ. *Pectus & abdomen* nigra, marginibus ſegmentorum ad latera, interdum etjam undique flavicantibus. *Pedes* nigri, femoribus interdum baſi rufo-flavis, Magnitudo præcedentis.

VIII. CANTH. Melanura *lutea, thorace ſubmarginato, antice rotundato, poſtice transverſo, elytris apice nigris.*

FABR. *Ent. Syſt. 1. 219. 26. Canth. melanura.*

LINN. *Syſt. Nat. 11. p. 651. 27. Fn. Sv. 719. Canth. melanura?*

DE GEER *Jns. 4. p. 71. 3. Teleph. bimaculatus.*

Habitat in floribus Sveciæ auſtralis rarius; in Germania frequens.

Caput luteum, fronte impresſa; palpi oculique nigri; antennæ elytrorum longitudine, nigræ, primo articulo luteo. *Thorax* luteus, antice rotundatus, poſtice transverſus & latitudine longitudinis; convexus, ſubmarginatus, lineola dorſali impresſa. *Scutellum* minutum, triangulare, luteum. *Elytra* thorace vix latiora, at triplo longiora, flexilia, lutea, apice nigro. *Alæ* fusco-hyalinæ. *Pectus, abdo-*

Digitized by Google

domen & *pedes* lutea; tarſi nigri. Magnitudo Canth. Aſſimilis.

Obs. Margo thoracis minus quam in praecedentibus elevatus.

IX. CANTH. Piloſa *linearis, fuſco-teſtacea, piloſisſima, thorace anguſto, ſubtransverſo, marginato.*

Habitat in Dalecarlia & Weſtrogothia.

Caput obſcure fuſco-teſtaceum, fronte impreſſa; antennæ elytrorum longitudine, fuſcæ, articulo primo pallido; oculi nigri, valde prominuli. *Thorax* obſcure fuſco-teſtaceus, ſubtransverſus, antice vix rotundatus, poſtice paulo dilatatus, latitudine tamen haud longitudinis, dorſo convexo, lineola longitudinali, margine prominulo dilutiore. *Scutellum* minutum, ſubtriangulare, obſcure fuſco-teſtaceum. *Elytra* fuſco-teſtacea, thorace paulo latiora, & latitudine fere quadruplo longiora, linearia, conſertisſime temere punctulata. *Alæ* fuſco-hyalinæ. *Pectus, Abdomen* & *pedes* fuſco-teſtacea. Longitudine ſæpe Canth. Melanuræ, ſed anguſtior.

Obs. Pube concolore, magis quam in præcedentibus longa denſaque undique obſita.

X. CANTH. Pallida *linearis, nigra, thorace anguſto, antice rotundato, poſtice transverſo, elytris pedibusque teſtaceis.*

Fabr. *Ent. Syſt. 1. p. 217. 16. Canth. pallida.*

Habitat in Svecia auſtrali rarius.

Caput nigrum, oculis prominulis; antennarum baſis palpique pallidis. *Thorax* niger, mar-

Digitized by Google

marginatus, antice rotundatus, poſtice transverſus, paulo dilatatus, latitudine tamen haud longitudinis. *Scutellum* triangulare, nigrum. *Elytra* pallide teſtacea, thorace paulo latiora, & latitudine fere quadruplo longiora, ſubtiliſſime temere punctulata. *Pectus* & *abdomen* nigra. *Pedes* pallide teſtacei. Præcedente paulo eſt minor.

Obs. Oculo armato pube breviſſima, ut etiam var. β., adornata eſt.

Var. β.

Elytris pallide teſtaceis, apice fuſcis.

Fabr. *Ent. Syſt. 1. p. 256. 14. Canth. pallipes.*

Habitat cum var. præcedente, cui magnitudine, habitu & ſtatura ſimillima.

XI. CANTH. Teſtacea *nigra, thorace ſubtransverſo, ſubmarginato, lateribus pallide luteis, elytris, tibiis tarſisque lividis.*

Fabr. *Ent. Syſt. 1. p. 220. 33. Canth. teſtacea.*

Linn. *Syſt. Nat. 2. p. 649. 15. Fn. Sv. 714. Canth. Teſtacea.*

De Geer. *Ins. 4. 71. 4. Teleph. teſtaceus.*

Habitat in foliis arborum, præſertim quercus frequens.

Caput nigrum, in fœmina nigro-piceum; fronte ſæpe lineola longitudinali impreſſa; oculi parum prominuli; antennæ elytris longiores, nigræ, articulis duobus vel tribus baſeos pallidis, palpi fuſco-pallidi. *Thorax* ſubtransverſus, poſtice parum dilatatus, longitudine paulo latior; ſupra convexus, lineola longitudinali impreſſa, margine haud multo

prominulo, niger, lateribus & interdum ſummo margine antico poſticoque pallide luteis. *Scutellum* nigrum, triangulare. *Elytra* thorace vix latiora, & latitudine haud triplo longiora, livide teſtacea, ſubtilisſime temere punctulata. *Alæ* fusco-hyalinæ. *Pectus* & *abdomen* nigra. *Pedes* jam lividi, ſæpius vero femoribus nigris tarſisque fuscescentibus. Canth. Dispare quadruplo eſt minor.

Obs. A Canth. Affimili, cui affinis videtur, præſertim differt exiguitate, & thoracis forma. Oculo armato ſubtilisſime pubescens. Mares fœminis ſimillimi, ſed minores.

XII. CANTH. Fulvicollis *fulva, fronte elytrisque nigris, thorace marginato, antice rotundato, poſtice ſubtransverſo.*

Fabr. *Ent. Syſt. 1. 219. 23. Canth. Fulvicollis.*
De Geer. *Jns. 4. p. 72. 5. Telephorus niger.*

Habitat in pratis.

Caput fulvum, fronte oculisque nigris; antennæ elytris longiores, nigræ, baſi flavescente. *Thorax* fulvus, immaculatus, antice rotundatus, poſtice ſubtransverſus, longitudine paulo latior; convexus, margine valde prominulo. *Scutellum* fusco-flavescens. *Elytra* thorace vix latiora, ſed latitudine triplo longiora, temere punctulata, nigra. *Pectus* & *abdomen* jam fulvo-flavicantia, jam fuscescentia. *Pedes* fulvi. Magnitudo præcedentis.

Obs. Oculo armato ſubtilisſime pubescens.

XIII. CANTH. Atra *nigra, tibiis fusco-pallidis, thorace marginato, antice rotundato, poſtice ſubtransverſo.*

Fabr.

Digitized by Google

Fabr. *Ent. Syſt.* 1. *p.* 215. 11. *Canth. atra.*

Linn. *Syſt. Nat.* 2. *p.* 649. 16. *Canth. atra.*

Habitat in pinu Uplandiæ frequens.

Caput nigrum, antennæ elytris fere longiores, baſi rufescentes. *Thorax* niger, convexus, marginatus, antice rotundatus, poſtice ſubtransverſus, vix latitudine longitudinis. *Scutellum* ſubtriangulare, nigrum, apice obtuſo. *Elytra* nigra, punctulata, thorace paulo latiora, & latitudine plus triplo longiora. *Alæ* fusco-hyalinæ. *Pectus* & *abdomen* nigra. *Femora* nigra, *Tibiæ* ſæpius fusco-pallidæ, rarius ferrugineæ. *Tarſi* jam nigri, jam fusco-pallidi. Canth. Teſtacea paulo eſt major.

Obs. Maris fœminis ſimillimi, licet minores.

XIV. CANTH. Biguttata *linearis, ſubtus flavescens, ſupra fusca, thorace anguſto ſubtereti, elytris apice flavis.*

Fabr. *Ent. Syſt.* 1. *p.* 221. *Canth. biguttata?*

Linn. *Syſt. Nat.* 2. *p.* 648. 11. *Fn. Sv.* 712. *Canth.* 2 *guttata?*

De Geer 4. 77. 10. *Teleph.* 2 *guttatus?*

Habitat in arboribus paſſim.

Caput antice flavescens, poſtice nigro-fuscum; antennæ corpore paulo longiores, baſi flavescentes, apice fuscæ; oculi valde prominuli. *Thorax* ſubtus flavescens, ſupra nigro-fuscus, paulo latior longitudine, ſubteres, antice poſticeque margine parum elevato, ad latera vero immarginatus. *Scutellum* minutum, fuscum. *Elytra* thorace paulo latiora, at latitu-

tudine fere quadruplo longiora, vix tamen abdomen obtegentia, fuſca, apice flavo. *Alæ* fuſco-hyalinæ. *Pectus & abdomen* fuſco-flaveſcentia, marginibus ſegmentorum flavis. *Pedes* flavi, tarſis fuſceſcentibus. Longitudo Canth. Teſtaceæ, ſed anguſtior.

Obs. Variat elytris & pedibus fuſcis immaculatis. De Synonymia Fabriciana & Linneana hæreo, quia thorax haud marginatus.

XV. CANTH. Minima *thorace marginato flaveſcente, macula magna nigra, elytris brevibus fuſcis, apice flavis.*

Fabr. *Ent. Syſt. 1. p. 220. 32. Canth. minima.*
Linn. *Syſt. Nat. 2. p. 649. 12. Fn. Sv. 713. Canth. minima var. α.*

Habitat in floribus & arboribus frequens.

Caput fuſcum, ore fuſco-flaveſcente; antennæ jam corporis longitudine, jam paulo longiores, nigræ, baſi fuſco-flaveſcentes; oculi prominuli, nigri. *Thorax* marginatus, antice rotundatus, poſtice ſubtruncatus, longitudine dimidio fere latior, ſubtus flaveſcens, ſupra diſco nigro, margine flavo-rufeſcente. *Scutellum* minutum, fuſcum. *Elytra* thorace paulo latiora, & latitudine haud triplo longiora, abdomine breviora, fuſca, apice flava. *Pectus & abdomen* brunnea, marginibus ſegmentorum flavis. *Pedes* dilute fuſci.

Obs. Differt præſertim a præcedente, cui affinis, thorace marginato, & corpore breviore, licet ejuſdem latitudinis.

Var. β.

Thorace toto antennarumque baſi rufis, tibiis tarſisque, flavis.

Linn.

Digitized by Google

Linn. *Fn. Sv. 713. Canth. minima var. β.*

Habitat cum varietate præcedente, cui magnitudine, habitu & ſtatura ſimillima.

VI. CANTH. Brevicollis *ſupra nigra, thorace brevisſimo, antice ſubtruncato, poſtice rotundato, elytris fuscis.*

Habitat in Uplandia minus frequens.

Caput nigrum; antennæ dimidio corpore longiores, fuscæ. *Thorax* ſubtus fuscus, ſupra niger, marginatus, antice ſubtruncatus, duplo latior longitudine, poſtice rotundatus. *Scutellum* fuscum, punctiforme. *Elytra* thorace vix latiora, at quintuplo fere longiora, fusca, immaculata. *Alæ* fusco-hyalinæ. *Pectus, abdomen* & *pedes* fusca, tarſis fusco-pallescentibus. Præcedente duplo minor.

MALACHIUS.

Palpi filiformes: articulo ultimo ſetaceo.

Maxilla unidentata.

Labium rotundatum, membranaceum.

Antennæ filiformes.

MAL. Æneus *viridi-æneus, elytris extrorſum ſanguineis.*

Fabr. *Ent. Syſt. 1. p. 222. 1. Mal. æneus.*

Linn. *Syſt. Nat. 2. p. 648. 7. Fn. Sv. 708. Canth. ænea.*

De Geer *Ins. 473. 6. t. 2. f. 16. 17. Teleph. æneus.*

Ha-

Habitat in urtica dioica in Uplandia rarius; in Svecia auſtrali magis frequens.

Caput antice luteum, macula media baſeos palpisque nigris; poſtice viridi-æneum, fronte impreſſa; antennæ dimidio corpore longiores, nigræ, articulis tribus primis interdum luteſcentibus; oculi nigri, parum prominuli. *Thorax* marginatus, ſubovatus, convexus, in medio longitudine dimidio latior, poſtice puncto utrinque impreſſo; viridi-æneus, margine laterali antice tenuiſſime ſangvineo. *Scutellum* viridi-æneum, breve, ſubtriangulare. *Elytra* thorace haud latiora, & latitudine dimidio longiora, ſanguinea, baſi ſuturaque late, apice excepto, viridi-æneis. *Alæ* fuſco-hyalinæ. *Pectus, abdomen* & *pedes* viridi-ænea, puncto utrinque ſangvineo ad baſin abdominis; tarſi ut in reliquis hujus generis 5articulati. Latitudo Canth. Obſcuræ, ſed ſæpe dimidio fere brevior.

Obs. Pilis rarioribus longioribus erectis nigris undique obtectus ut etiam duæ ſequentes Species.

II. MAL. Bipuſtulatus *æneo-viridis, clypeo flavo carinato, elytris apice rubris.*

Fabr. *Ent. Syſt. 1. p. 222. 2. Mal. 2puſtulatus.*

Linn. *Syſt. Nat. 2. p. 648. 8. Fn. Sv. 709. Canth. bipuſtulata.*

De Geer *Ins. 4. p. 75. 7. Teleph. 2puſtulatus.*

Habitat in plantis frequens.

Caput poſtice viridi-æneum, antice flavum; cly-

clypeo carinula tranſverſa, in mare magis elevata; mandibulæ brunneæ, apice bifido; palpi nigricantes; antennæ dimidio corpore longiores, nigricantes, in fœmina baſi obſcure æneæ, articulis ſubæqualibus, quarto vix craſſiore; in mare baſi ſubtus flavæ, articulo ſecundo quartoque ſubtus dilatatis, hoc antrorſum, illo retrorſum incurvato, articulo intermedio ſeu tertio ſubtus dilatato, obconico; frons in mare profunde, in fœmina levius excavata. *Thorax* viridi-æneus, marginatus, ſubovatus, in medio longitudine dimidio latior, ſubtus puncto utrinque laterali rubro. *Scutellum* viridi-æneum, breve, poſtice obtuſum. *Elytra* thorace haud latiora, & latitudine dimidio longiora, viridi-ænea, apice rubro. *Alæ* fusco-hyalinæ. *Pectus*, *abdomen* & *pedes* viridi-ænea, abdomine puncto utrinque baſeos rubro; tarſi fusci. Dimidio fere præcedente minor.

III. MAL. Viridis *æneo-viridis, ore flavo.*

FABR. *Ent. Syſt. 1. p. 223. 5. Mal. viridis.*

Habitat in Scania. Dom. QVENSEL.

Caput poſtice viridi-æneum, antice flavum, clypeo vix carinula obſoleta, elevata; palpi apice nigri; antennæ longitudine vix dimidii corporis, fuscescentes, baſi, præſertim ſubtus, fuscescentes, articulis ſubæqualibus. *Thorax* viridi-æneus, marginatus, ſubovatus, in medio longitudine dimidio latior, ſubtus puncto utrinque luteo. *Scutellum* breve, viridi-æneum. *Elytra* thorace haud latiora, & latitudine dimidio longiora,

ra, viridi-ænea, immaculata. *Alæ* fuſco-hyalinæ. *Pectus* & *abdomen* viridi-ænea, ſegmentorum marginibus tenuiter rubris. *Pedes* viridi-ænei, tibiis tarſisque ſæpius ſubtus flaveſcentibus. Magnitudo præcedentis.

Obs. Variat corpore cœruleſcenti-nitido. Valde affinis Mal. 2puſtulato, ut forte mera ejus varietas ſit, ſed carinula clypei minus diſtincta, nec antennarum articulos, ut in præcedente incraſſatos, incurvos, vidi, forſan fœminæ modo mihi obvenerunt.

IV. MAL. Pulicarius *viridi-niger, thoracis marginibus elytrorumque apicibus pallide rubris.*

Fabr. *Ent. Syſt. 224. 12. Mal. Pulicarius.*

Habitat in plantis rarius.

Caput antice luteſcens, poſtice viridi-nigrum; antennæ ſupra fuſcæ, ſubtus flaveſcentes, dimidio corpore longiores; Palpi baſi flavi, apice fuſci. *Thorax* in medio viridi-niger, lateribus pallide rubris, marginatus, ſubovatus, in medio paulo latior longitudine. *Scutellum* minutum, fuſcum. *Elytra* thorace haud latiora, & latitudine vix dimidio longiora, viridi-nigra, apice pallide rubro. *Alæ* fuſco-hyalinæ. *Pectus* & *abdomen* viridi-nigra, marginibus ſegmentorum tenuiter flaveſcentibus. *Pedes* viridi-nigri, tarſis flavo-fuſceſcentibus. Statura omnino præcedentis, ſed triplo minor.

V. MAL. Cardiacæ *niger, abdominis ſegmentorum marginibus, punctoque apicis elytrorum ſanguineis, antennis pectinatis.*

Fabr.

Digitized by Google

Fabr. *Ent. Syſt. 1. p. 221. 35. Canth. cardiacæ. Ibid. p. 224. 11. Mal. pedicularius?*

Linn. *Syſt. Nat. 2. p. 649. 13. Fn. Sv. 713. Canth. Cardiacæ. Syſt. N. 648. 9. Fn. Sv. 710. C. pedicularia?*

Habitat in Leonuro Cardiaca rarius.

Caput deflexum, nigrum, glabrum; mandibulæ & clypeus rufescentes; antennæ dimidio corpore longiores, in mare pectinatæ, in fœmina ſerratæ. *Thorax* niger, valde convexus, ſubovatus, marginatus, in medio longitudine dimidio latior; ſubtus puncto ſangvineo. *Scutellum* truncatum, minutum, nigrum. *Elytra* thorace paulo latiora, & latitudine duplo longiora, nigra, apice ſangvineo. *Alæ* hyalino-fuscescentes. *Pectus* nigrum. *Abdomen* nigrum, marginibus ſegmentorum ſangvineis. *Pedes* nigri. Magnitudo: Canth. Minima dimidio fere minor.

VI. MAL. Fasciatus *capite thoraceque virescente, elytris nigris: faſciis duabus rubris.*

Fabr. *Ent. Syſt. p. 208. N:o 4. Mal. faſciatus.*

Linn. *Syſt. Nat. 11. p. 648. 10. Canth. faſciata.*

De Geer *Ins. 4. p. 76. 9. Teleph. faſciatus.*

Habitat in plantis.

Caput obſcure viridi-æneum, oculis nigris; antennæ dimidio corpore breviores, nigræ. *Thorax* obſcure viridi-æneus, ſtatura omnino præcedentis, ſubtus puncto ſangvineo. *Scutellum* nigrum, minutum, truncatum. *Elytra* thorace paulo latiora, & latitudine duplo longiora, nigra, faſcia paulo ante medium ad

ſuturam interrupta, alſaque apicis, rubris. *Alæ* fusco-hyalinæ. *Pectus & abdomen* obſcure viridi-ænea, ſegmentorum marginibus rubris. *Pedes* viridi-ænei, tarſis fuscis. Præcedente paulo eſt major.

Obs. In mare ſummus apex elytrorum niger, hamulo minuto concolore, antrorſum flexo.

VII. MAL. Flavipes *nigro-ſubvirescens, thorace poſtice ſubmarginato, antennarum baſi, tibiis tarſisque flavis.*

Fabr. *Ent. Syſt. 1 p. 225. 15. Mal. flavipes.*

Habitat in Finlandia. Dom. Pfeiff.

Caput nigro-ſubvirescens; antennæ dimidio corporis longitudine, baſi flavescentes. *Thorax* nigro-ſubvirescens, ſubtus puncto utrinque flavescente, ſupra convexus, ſubovatus, longior latitudine, poſtice ſubmarginatus. *Scutellum* nigro-ſubvirescens, minutum. *Elytra* thorace parum latiora, & latitudine duplo longiora, nigro-ſubvirescentia. *Alæ* fusco-hyalinæ. *Pectus & abdomen* viridi-ſubænea, ſegmentorum marginibus baſi flavicantibus. *Pedes* flavi, femoribus viridi-ſubæneis. Mal. Cardiacæ eſt minor.

CORYNETES.

Palpi quatuor inæquales, filiformes.

Mandibula bidentata.

Labium membranaceum, apice rotundatum.

Antennæ clavato-perfoliatæ.

I. COR.

Digitized by Google

I. COR. Violaceus *cœruleus nitidus, antennis pedibusque nigris.*

Fabr. *Ent. Syſt. 1. p. 230. 16. Derm. Violaceus.*

Linn. *Syſt. Nat. p. 563. 13. Fn. Sv. 422. Derm. violaceus.*

De Geer *Ins. 5. p. 163. 4. Clerus cœruleus.*

Herbst. *Col. 4. p. 150. 1. t. 41. f. 8. Korynetes violaceus.*

Habitat in cadaveribus frequens.

Genus ſequenti valde affine, ſed diſtinctum. *Palpi* quatuor inæquales, filiformes; anteriores maxillæ dorſo adhærentes, 4-articulati: articulo primo brevi, reliquis ſubæqualibus, ultimo ſubtruncato; *poſteriores* labii medio interiori adnati, triarticulati: articulo primo ſecundoque brevisſimis, tertio longiore, apice truncato. *Mandibula* valida, cornea, acuta, bidentata, dente apici propiore majore, acutiore. *Maxilla* membranacea, bifida, laciniis rotundatis: exteriore majori. *Labium* membranaceum, elongatum, apice dilatatum, integrum, rotundatum.

Caput cœruleum, ore nigro, frons punctulata, antennæ nigræ, thorace paulo longiores, articulo primo majore, ſex inſequentibus moniliformibus, æqualibus, octavo paulo ma-

Corynetæ corpus oblongum, agile, pubescens, capite ovato, thorace convexo, ſubmarginato, antice transverſo, poſtice rotundato, ſcutello parvo, rotundato, elytris rigidis, convexis, punctulatis, abdomen obtegentibus, pedibus mediocribus, tarſis omnibus 4-articulatis, colore cœrulescente, nitido.

jori, nono, decimo & undecimo clavam conſtituentibus, incrasſatis, perfoliatis, apicis maximo, orbiculato. *Thorax* cœruleus, convexus, ſubmarginatus, punctulatus, poſtice rotundatus, antice transverſus, dilatatus, latitudine tamen haud longitudini æquali. *Scutellum* minutum, ſubrotundum, nigrum. *Elytra* cœrulea, punctato-ſtriata, convexa, thorace parum latiora, at duplo fere longiora. *Alæ* amplæ, fusco-hyalinæ. *Pectus* & *abdomen* nigro-cærulea. *Pedes* nigri, vix cœrulescentes, tarſis omnibus 4-articulatis.

Obs. Pilis brevibus nigris undique ſubpubescens, Differt hoc Genus a Dermeſtidis fertim labii forma & mandibula biden cum in omnibus Dermeſtidibus, & certe haud paucis, a me examini ſubjectis, mandibulam vix unico dente obtuſisſimo armatam inveni. Derm. Rufipes & Ruficollis Fabricii certe ſub hoc genere militant, ſed in Svecia haud occurrunt.

DERMESTES.

Palpi quatuor filiformes.

Maxilla bifida.

Labium corneum, truncatum, integrum.

Antennæ clavato-perfoliatæ.

Familia prima tarſis omnibus quinque-articulatis.

I. DERM. Lardarius *ſubcylindricus, niger, elytris antice brunneis cinereo-pubescentibus: punctis tribus denudatis.*

Fabr.

Fabr. *Ent. Syſt,* 1. p. 227. 1. *Derm. lardarius.*
Linn. *Syſt. Nat.* 11. p. 561. 1, *Fn. Sv.* 408. *Derm. lardarius.*
De Geer *Ins.* 4. p. 192. 1. *Derm. lardarius.*
Herbst. *Col.* 4. 115. 1. t. 40. f. 1. *Derm. lardarius.*

Habitat in cadaveribus, lardo, carnibus; repoſitoriis culinariis, muſeis infeſtus.

Caput nigrum, antennis ferrugineis undecim-articulatis: articulo baſeos paulo majori, inſequentibus ſex ſubæqualibus, moniliformibus, octavo paulo incrasſato, nono, decimo & undecimo clavato-perfoliatis, articulo apicis minore. *Thorax* antice transverſus, poſtice ſinuatus, dilatatus, longitudine tamen haud dimidio latior; convexus, niger, pilis quibusdam fasciculatis rarioribus, cinerascentibus. *Scutellum* nigrum, triangulare. *Elytra* thoraci adnata, illoque fere anguſtiora, ſed triplo longiora, convexa, obſoletisſime ſtriata, poſtice nigra, antice brunnea, pube denſa cinerascente, punctis tamen tribus in triangulum poſitis, denudatis. *Alæ* fusco-hyalinæ. *Pectus abdomen* & *pedes* nigra, pube cinerascente, tarſis piceis. Inter maximos hujus generis eſt.

I. DERM. Murinus *ſubcylindricus niger, ſupra pube cinerascente nebuloſus, ſcutello luteo, pectore abdomineque albo-pubescentibus.*

Fabr. *Ent. Syſt.* 1. p. 230. 14. *Derm. murinus*
Linn. *Syſt. Nat.* 11. p. 563. 18. *Fn. Sv.* 426. *Derm. murinus.*

De Geer *Inſ. 4. p. 197. 2. Derm. nebuloſus.*

Herbst. *Col. 4. p. 123. t. 40. f. 4. Derm. Catta. Ibid. p. 120. 2. t. 40. 2. D. murinus.*

Habitat in cadaveribus.

Caput nigrum, pilis quibusdam rarioribus cinerascentibus; antennæ ſtructura præcedentis. *Thorax* niger, antice transverſus, poſtice ſinuatus, dilatatus, longitudine fere duplo latior, ſupra convexus, pube cinerascente temere adſperſus. *Scutellum* rotundatum, nigrum, pube denſa lutea. *Elytra* thoraci adnata, ejusque latitudine, ſed triplo longiora, convexa, nigra, pube cinerascente hic illic temere adſperſa, unde nigro cinereoque nebuloſa apparent. *Alæ* albo-hyalinæ, nervis fuscis. *Pectus* nigrum, pube denſa albida. *Abdomen* nigrum, denſe albo-pubescens, ſerie utrinque laterali e punctis pube denudatis, nigris, ano glabro, nigro. Magnitudo præcedentis, interdum illum paulo ſuperat.

Obs. Variat frequenter corpore paulo breviore convexiore, antennis obſcure rufis, ut etiam a Dom. Herbſtio ſub nomine Derm. Murini deſcriptus, ſed vix ſpecies diſtincta, potius forſan varietas ſexus.

III. DERM. Undatus *ſubcylindricus niger, elytris faſcia alba, lineari, duplici, undulata.*

Fabr. *Ent. Syſt. 1. p. 228. 6. Derm. undatus.*

Linn. *Syſt. Nat. 11. p. 562. 3. Fn. Sv. 410 Derm. undatus.*

De Geer *Inſ. 4. 199. 5. Derm. undatus.*

Herbst.

Herbst. *Col. 131. 12. t. 40. f. 9. Derm. undatus, fœmina. Ibid. p. 66. 4. t. 39. 4. Megatoma undulata, mas.*

Habitas in putridis.

Caput nigrum, punctulatum; antennæ fuscæ thoracis longitudine, articulo primo ſecundoque paulo incraſſatis, quinque inſequentibus æqualibus, octavo iterum incraſſato, nono decimo & undecimo adhuc craſſioribus, perfoliatis, in fœmina ſubæqualibus, in mare articulo apicis cylindrico, elongato. *Thorax* niger, puncto ſupra ſcutello & in utroque angulo poſtico e pilis denſis, brevibus, albis; antice transverſus, latitudine vix longitudinis, valde convexus, poſtice ſinuatus, ſubdepreſſus, longitudine fere duplo latior; oculo armato ſubtiliſſime punctulatus, pilis quibusdam rarioribus brevibus albidis ſparſis. *Scutellum* minutum, nigrum, pilis quibusdam breviſſimis albidis. *Elytra* latitudine thoracis, ſed triplo longiora, convexa, nigra, fasciis duabus linearibus undulatis e pilis denſis brevibus albis, oculo armato ſubtiltsſime temere punctulata, pilis quibusdam rarioribus albidis. *Alæ* fusco-hyalinæ, nervis obſcurioribus. *Pectus abdomen & pedes* nigra, tarſis piceis. Longitudo ſequentis, ſed anguſtior.

IV. DERM. Pellio *oblongo-ovatus niger, elytris puncto albo pubescente.*

Fabr. *Ent. Syſt. 1. p. 228. 5. Derm. Pellio.*

Linn. *Syſt. Nat. p. 562. 4. Fn. Sv. 411. Derm. Pellio.*

De Geer *Ins. 4. p. 197. 5. Derm. bipunctatus.*

Herbst, *Col.* 4. *p.* 128. 11. *t.* 40. *f.* 8. *D. Pellio.* *Ibid.* *p.* 95. 2. *t.* 39. *f.* 2. *Megatoma atra.*

Habitat in pellibus & cibariis frequens.

Caput minutum, nigrum, palpis ſubferrugineis; antennæ thorace breviores, baſi ſubferrugineæ; apice fuscescentes, articulo primo paulo majore, ſeptem inſequentibus æqualibus, nono, decimo & undecimo clavam conſtituentibus, majoribus perfoliatis, articulo apicis in fœmina præcedente vix longiore, apice acuminato, in mare longisſimo, vel articulos reliquos omnes longitudine æquante, cylindrico. *Thorax* valde convexus, brevis, antice transverſus, latitudine longitudinis, poſtice ſinuatus, & plus duplo latior; niger, ſubtilisſime punctatus, fasciculo ſupra ſcutello & in utroque angulo poſteriore e pilis brevibus albidis. *Scutellum* nigrum, ſubtriangulare. *Elytra* thoraci adnata, ejusque latitudine, ſed eodem triplo longiora, convexa, ſubtilisſime temere punctulata, nigra, vel nigro-picea, puncto in medio margini interiori propiore e pilis brevibus albidis. *Alæ* albo-hyalinæ, nervis obſcurioribus. *Pectus* & *abdomen* nigro-picea, pube cinerascente. *Pedes* ſubferruginei, pube cinerascente. Sæpius Derm. Murino duplo minor.

Obs. Variat colore dilute piceo. Oculo armato ſupra etiam pube brevisſima cinerascente adſperſus videtur. Pili albidi Thoracis & elytrorum facile deteruntur, ut in individuo a Dom. Herbſtio ſub nomine Megat. atræ, deſcripto.

V. DERM. Marginatus *oblongus, fusco-piceus,* *tho-*

Digitized by Google

thorace gibboſo, poſtice marginato, antennis pedibusque ferrugineis.

Habitat apud nos rarius.

Caput fuſco-piceum, oculis nigris; antennæ longitudine thoracis, ſubferrugineæ, articulis duobus baſeos craſſioribus orbiculatis, inſequentibus 6 breviſſimis, clava magna, oblonga, triarticulata, compreſſa, articulis duobus baſeos brevibus oblique truncatis, apicis adcuminato, longitudine fere dimidii totius antennæ. *Thorax* fuſco-piceus, punctulatus, antice transverſus, latitudine longitudinis, poſtice ſinuatus, duploque latior, dorſo valde convexo vel gibbo, margine poſtico elevato. *Scutellum* triangulare, punctulatum, nigrum. *Elytra* picea, thorace paulo latiora, duploque fere longiora, convexa, oculo armato ſubtiliſſime punctulata. *Alæ* albo-hyalinæ, nervis obſcurioribus. *Pectus* & *Abdomen* picea. *Pedes* ferruginei. Præcedente paulo minor.

Obs. Differt a Derm. Pellione ſtructura clavæ antennarum, gibboſitate thoracis & margine ejus poſtico elevato.

VI. DERM. Schæfferi *ovatus niger, antennarum baſi pedibusque ferrugineis.*

Herbst. *Col. 4. p. 93. 1. t. 39. 1. Meg. Schæfferi.*

Schæff. *Zweif. und Schwierigkeiten in der Inſectenlehre t. 1. f. 8.*

Habitat in Finlandia rarius. Dom. Pfeiff.

Caput nigrum, palpis ferrugineis, apice fuſcis; antennæ ferrugineæ, clava nigra, articulo primo ſecundoque craſſioribus, quinque

inſequentibus breviſſimis æqualibus, nono & decimo, clavæ baſin conſtituentibus, dilatatis, compresſis, perfoliatis, brevibus, undecimo in mare compreſſo, ſubcylindrico, ſubincurvo, longisſimo, vel articulos reliquos omnes longitudine ſuperante. *Thorax* niger, valde convexus, ſubtilisſime punctulatus, latitudine longitudinis, poſtice ſinuatus, duploque latior. *Scutellum* minutum, triangulare, nigrum. *Elytra* nigra, convexa, ſubtilisſime punctulata, thoraci adnata, ejusque latitudine, at duplo fere longiora. *Alæ* fusco-hyalinæ. *Pectus* & *Abdomen* nigra. *Pedes* ferruginei. Latitudine Derm. Undati, ſed brevior.

Obs. Oculo acute armato pube omnino breviſſima cinerascente obſitus eſt. Fœminam haud vidi. Differt a Derm. Pellione præſertim corpore magis ovato, punctis nullis albo-pubescentibus, articuloque apicis antennarum longiore.

VII. DERM. Tomentoſus *oblongus piceus, griſeo-villoſus, pedibus dilute ferrugineis.*

Fabr. *Ent. Syſt. 1. p. 232. 24. Derm. tomentoſus.*

De Geer *Ins. 4. p. 199. 4. Derm. tomentoſus.*

Herbst. *Col. 4. p. 133. 14. Derm. tomentoſus.*

Habitat in floribus.

Caput piceum, pube denſa griſea; oculi nigri; os antennæque flavo-ferruginea; clava antennarum articulis duobus ſubæqualibus, tertioque apicis paulo longiore ſubacuminato. *Thorax* piceus, denſe griſeo-villoſus, in medio valde convexus, angulis poſticis depreſ-

ſis;

ſis; antice transverſus, longitudine fere latior, poſtice ſubſinuatus, paulo dilatatus. *Scutellum* piceum, griſeo-villoſum, rotundatum. *Elytra* convexa, thoracis latitudine, at plus duplo longiora, picea, pube denſa griſea villoſa. *Alæ* fusco-hyalinæ, nervis obſcurioribus. *Pectus* & *abdomen* picea, griſeo-villoſa, ano pedibusque dilute ferrugineis. Derm. Lardario quadruplo fere minor.

Var. β.

Ferrugineus, pube flavo-teſtacea villoſus.

FABR. *Ent. Syſt. 1. p. 231. 23. Derm. fumatus?*

HERBST. *Col. 4. p. 135. 15. t. 41. 1. Derm. fumatus.*

Habitat cum præcedente, cui, colore excepto, ſimillimus.

OBS. Derm. Fuscus Herbſtii mera hujus ſpeciei varietas videtur.

VIII. DERM. Serra *oblongo-ovatus, niger, antennis flavis, clava oblonga, ſerrata.*

FABR. *Ent. Syſt. 1. p. 234. 40. Derm. Serra.*

Habitat in Svecia auſtrali rarius.

Caput minutum, nigrum; antennæ thoracis vix longitudine, flavæ, articulis octo baſeos brevisſimis, clava oblonga, dilatata, compresſa, triarticulata, altero latere, in mare magis, in fœmina minus, ſerrato. *Thorax* niger, convexus, ſubmarginatus, antice transverſus, longitudine anguſtior, poſtice ſinuatus, plusque duplo latior. *Scutellum* nigrum, minutum, rotundatum. *Elytra* nigra, thoraci adnata,

nata, ejusque latitudine, ſed triplo longiora, parum convexa, ſubtiliſſime temere punctulata. *Alæ* fusco-hyalinæ. *Pectus* & *Abdomen* nigra. *Pedes* picei, tarſis dilutioribus. Magnitudo Derm. Pellionis.

Obs. Oculo acute armato pube rara breviſſima cinerascente veſtitus apparet.

IX. DERM. Adſtrictor *brunneus, pube griſeo-flavescente, elytris punctato-ſtriatis, clava antennarum ſerrata.*

Herbst, *Col. 4. p. 140. 20. Derm. Adſtrictor.*

Habitat larva in ligno putrido quercino, imago in plantis menſe Julii, in Uplandia ſat frequens.

Caput brunneum, pube griſeo-flavescente; antennæ concolores, pubescentes, thoracis longitudine, clava compreſſa, altero latere ſerrato, articulo apicis acuminato. *Thorax* brunneus, pube griſeo-flavescente, convexus, immarginatus, antice tranſverſus, longitudine anguſtior, poſtice ſinuatus, longitudine duplo latior, angulis, (ut in Elateribus), protractis. *Scutellum* rotundatum. *Elytra* brunnea, pube griſeo-flavescente, punctato-ſtriata, thoraci adnata, ejusque latitudine, ſed plus duplo longiora. *Alæ* fusco-hyalinæ. *Pectus, abdomen* & *pedes* brunnea, pube griſeo-flavescente. Derm. Tomentoſo dimidio minor. An Elater Dermeſtoides Linnæi?

Familia Secunda tarſis 4-articulatis.

Sectio prima elytris abbreviatis.

X. DERM.

X. DERM. Pedicularius *oblongo-ovatus teſtaceus.*

Fabr. *Ent. Syſt. 1. p. 235. 23. Derm. pedicularius.*

Linn. *Syſt. Nat. 11. p. 564. 23. Fn. Sv. 434. Derm. pedicularius.*

Herbst. *Col. 5. 12. 1. t. 45. f. 1. Kateretes pedicularius.*

Habitat in floribus frequens.

Caput teſtaceum, oculis nigris; antennæ capitis thoraciſque fere longitudine, articulis duobus baſeos, præſertim in mare, magis quam 6 ſequentibus, elongatis, incraſſatis, clavâ perfoliata, articulis tribus ſubæqualibus. *Thorax* teſtaceus, parum convexus, ſubtiliſſime punctulatus, antice tranſverſus, poſtice rotundatus, utrinque anguſtatus, in medio vero longitudine dimidio latior. *Scutellum* punctulatum, poſtice rotundatum, in mare nigricans, in fœmina teſtaceum. *Elytra* teſtacea, parum convexa, ſubtiliſſime temere punctulata, thoracis latitudine, & haud duplo longiora, poſtice truncata, abdomine breviora, antice in mare macula communi ſubſcutellari ſubtriangulari fuſceſcente. *Alæ* albohyalinæ. *Pectus* & *abdomen* in mare nigricantia, ano ſubferrugineo, in fœmina teſtacea. *Pedes* teſtacei. Derm. Tomentoſo quadruplo minor.

Obs. Oculo acute armato pilos quoſdam omnino breviſſimos exhibet. Color in mare magis luteſcens, in fœmina pallidior.

XI. DERM. Bipuſtulatus *oblongo-ovatus, niger, ſupra punctatisſimus, elytris macula media, antennis pedibusque luteis.*

Habitat in pratis in Uplandia & Dalecarlia minus frequens.

Caput punctulatum, antice luteſcens, poſtice nigrum; antennæ luteæ, ſtatura omnino ut in præcedente. *Thorax* niger, rarius piceus, profunde punctulatus, parum convexus, antice transverſus, poſtice rotundatus, in medio longitudine dimidio latior. *Scutellum* nigrum, punctulatum, poſtice rotundatum. *Elytra* thoracis latitudine, & haud duplo longiora, parum convexa, profunde temere punctulata, abdomine breviora, truncata, nigra, macula magna ſubrotunda in medio diſci rubro-lutea. *Alæ* albo-hyalinæ. *Pectus* & *abdomen* nigra, ano interdum piceo. *Pedes* lutei. Magnitudo & ſtatura præcedentis, a quo præſertim differt colore & corpore ſupra paulo profundius punctulato.

XII. DERM. Urticæ *ſubovatus niger, pube cinerascente, elytris convexioribus, antennis pedibusque luteis.*

Fabr. *Ent. Syſt. 1. p. 235. 45. Derm. Urticæ.*

Panz. *Faun. Ins. Germ. Init. 4. Scaphidium ſcutellatum.*

Herbst. *Col. 5. 13. 2. f. 45. 2. Kateretes brachypterus.*

Payk. *Mon. Staph. p. 72. 51. Staph. Quenzeli.*

Habitat in Urtica frequens.

Ca-

Caput nigrum, punctulatum; antennnæ thorace longiores, luteæ, rarius fuscæ, ſtructura præcedentium. *Thorax* niger, pube breviſſima cinerascente, punctulatus, magis quam in præcedentibus convexus, antice transverſus, poſtice rotundatus, in medio parum dilatatus, ut longitudine dimidio ſit latior. *Scutellum* nigrum, magnum, punctulatum, apice rotundatum. *Elytra* nigra, pube breviſſima cinerascente, convexiora, temere punctulata, thorace paulo latiora, & dimidio longiora, abbreviata, abdomen haud obtegentia. *Alæ* albo-hyalinæ. *Pectus* & *abdomen* nigra. *Pedes* lutei. Præcedente paulo minor.

II. DERM. Glaberrimus *ferrugineus, nitidus, glaberrimus, antennis pedibusque luteis, elytris convexis.*

Habitat in Alpibus Dalecarlicis rarius.

Caput ferrugineum, punctulatum; antennæ luteæ, thorace paulo longiores, ſtructura præcedentium, *Thorax* ferrugineus, punctulatus, convexus, ſubmarginatus, antice transverſus, póſtice rotundatus, in medio dilatatus, ut longitudine fere duplo latior ſit. *Scutellum* ferrugineum, magnum, punctulatum, apice rotundatum. *Elytra* ferruginea, punctulata, convexa, thoracis vix latitudine, ſed dimidio fere longiora, abbreviata, abdomine breviora. *Alæ* albo-hyalinæ. *Pectus* & *abdomen* ferruginea. *Pedes* lutei. Magnitudo vix præcedentis.

Obs. Colore & corpore glaberrimo a præcedentibus differt.

XIV.

XIV. DERM. Brachypterus *niger, thorace brevi tranſverſo, lævisſimo, antennis pedibusque teſtaceis.*

FABR. *Ent. Syſt. 1. p. 235. 46. Derm. brachypterus.*

PANZ. *Faun. Ins. Germ. In. 4. Derm. brachypterus.*

Habitat apud nos minus frequens.

Caput nigrum, lævisſimum; antennæ obſcure teſtaceæ, articulis duobus baſeos reliquis longioribus, craſſioribus, 3-8 moniliformibus, ſubæqualibus; clava ſubperfoliata, triarticulata, articulis primis duobus parum incraſſatis, apicis vero eorum magnitudine conjuncta, ſuborbiculari, apice parum acuminato. *Thorax* niger, lævisſimus, convexus, antice tranſverſus, poſtice ſubtranſverſus, vix rotundatus, in medio parum dilatatus, longitudine duplo latior. *Scutellum* minutisſimum, nigrum. *Elytra* nigra, thorace vix latiora, ſed dimidio longiora, convexa, abbreviata, abdomine dimidio breviora; oculo acute armato ſubtilisſime temere punctulata. *Alæ* albo-hyalinæ. *Pectus* & *abdomen* nigra. *Pedes* teſtacei. Derm. Urticæ minor.

OBS. Oculo acute armato pube brevisſima cinerascente obtectus videtur. Differt a præcedentibus præſertim brevitate thoracis & ſtructura antennarum.

Sectio Secunda elytris integris.

XV. DERM. Lunatus *ſupra niger, elytris punctato-ſtriatis, lunula dorſali pube cinerascente.*

FABR.

Fabr. *Ent. Syſt. 1. p. 232. 27. Derm. lunatus.*

Habitat ſub cortice arborum in Uplandia minus frequens.

Caput nigrum, ſubtilisſime punctulatum, ore piceo; antennæ ferrugineæ, articulis duobus baſeos octavo nonoque, intermediis paulo crasſioribus, decimo valde incrasſato, apice truncato, undecimo præcedentis vix crasſitie, ſuborbiculato. *Thorax* antice transverſus, longitudine dimidio latior, poſtice ſubſinuatus, parum dilatatus; nigro-piceus, pube rara cinerascente, convexus, punctulatus, margine laterali ciliato, lineolaque ſublaterali longitudinali introrſum flexa, obſolete elevata. *Scutellum* minutum, cinereo-pubescens, rotundatum. *Elytra* thorace vix latiora, ſed plus duplo longiora, convexa, punctato-ſtriata, nigro-picea, lunulis duabus approximatis in medio dorſi e pube denſa cinerascente. *Pectus & abdomen* picea, pube cinerascente. *Pedes* ferruginei, parum cinereo-pubescentes. Derm. Tomentoſo paulo minor.

XVI. DERM. Lycoperdi *ferrugineus, pube flavescente, thoracis margine laterali acute bidentato.*

Fabr. *Ent. Syſt. 1. p. 231. 20. Derm. Lycoperdi.*

Herbst. *Col. 4. 176. 5. f. 42. 13. Kryptoph. Lycoperdi.*

Habitat in Lycoperdo Boviſta in Svecia auſtrali.

Caput ferrugineum, pube flavescente; antennæ

T

næ baſi obſcuriores, articulis duobus craſſioribus, inſequentibus 6 æqualibus, moniliformibus; clava triarticulata, perfoliata, articulis ſubæqualibus, apicis ſuborbiculato. *Thorax* ferrugineus, convexus, punctulatus, pube flaveſcente, antice poſticeque transverſus, longitudine dimidio latior, margine laterali dente minuto acuto in angulo antico, & alio adhuc minore in medio. *Scutellum* ferrugineum, breve, punctulatum, poſtice rotundatum. *Elytra* ferruginea, temere punctulata, parum convexa, pube fuſceſcente, thorace vix latiora, ſed duplo fere longiora. *Pectus, abdomen* & *pedes* ferruginea, pube rara flaveſcente. Derm. Pediculario dimidio major.

XVII. DERM. Cellaris *oblongo-ovatus, ferrugineus, ſubpubeſcens, thoracis margine laterali bidendato ſerrato, elytris fuſcis.*

Fabr. *Ent. Syſt. 1. p. 234. 41. Derm. cellaris.*

Habitat in quisquiliis & ſub cortice arborum.

Caput ferrugineum, punctulatum, pube cineraſcente; oculi nigri, antennæ capitis thoracisque longitudine, ſtatura omnino præcedentis. *Thorax* ferrugineus, punctulatus, convexus, pube cineraſcente; antice poſticeque transverſus, hic parum anguſtatus, illic longitudine dimidio latior; margine laterali dentibus duobus, anteriore majore obtuſo, poſteriore in medio, minuto, acuto, ubi a dente ad baſin margo ſubtiliſſime ſerratus eſt. *Scutellum* mi-

minutum, rotundatum, fuſcum. *Elytra* fuſca, cinereo-pubeſcentia, ſubtilisſime temere punctulata, parum convexa, thorace vix latiora ſed duplo longiora. *Alæ* albo-hyalinæ. *Pectus, abdomen* & *pedes* ferruginea. Paulo minor præcedente.

Var. β.

Teſtaceus ſubpubeſcens, immaculatus.

Fabr. *Ent. Syſt. 1. p. 234. 41. Derm. cellaris, var. teſtacea.*

Herbst. *Col. 4. p. 177. 6. t. 42. f. 14. Crypt. crenatus.*

Habitat cum varietate præcedente, cui ſimillimus.

XVIII. DERM. Abietis *oblongus, ferrugineus, ſubpubeſcens, thorace antice ſubdentato, poſtice anguſtato: margine laterali ſerrato.*

Habitat in abiete tempore autumnali frequens in Uplandia.

Caput ferrugineum, punctulatum; oculi nigri; antennæ capitis thoracisque longitudine, ſtructura præcedentis, (quod etiam in 6 ſequentibus ſpeciebus obtinet). *Thorax* ferrugineus, pube rara cineraſcente, punctulatus, convexus, transverſus, antice parum dilatatus, longitudine dimidio latior, dente minuto obtuſo, poſtice e medio ad baſin margine laterali ſubtilisſime ſerrato. *Scutellum* minutum, breve, poſtice rotundatum. *Elytra* ferruginea, temere punctulata, pube cineraſcente, convexa, thorace parum latiora, ſed triplo longiora. *Alæ* albo-hyalinæ. *Pectus* & *ab-*

domen ferruginea. *Pedes* teſtacei. Derm. Lycoperdi dimidio minor.

Obs. Differt a præcedente, cui valde affinis, thorace unidentato, elytrisque longioribus, convexioribus.

XIX. DERM. Variabilis *pallide ferrugineus, ſubpubescens, thoracis margine integro, elytris punctato-ſtriatis.*

Fabr. *Ent. Syſt.* 1. *p.* 234. 39. *Derm. variabilis.*

Herbst. *Col.* 1. *p.* 141. 22. *t.* 41. *f.* 5. *Derm. variabilis.*

Habitat in Agaricis.

Caput ferrugineum, punctulatum, pube flavescente, oculis nigris. *Thorax* ferrugineus, punctulatus, pube fulvescente, convexus, antice transverſus, poſtice parum rotundatus, longitudine dimidio latior, margine ciliato integro. *Scutellum* ferrugineum, minutisſimum, poſtice rotundatum. *Elytra* ferruginea, pube fulvescente, convexa, latitudine thoracis, ſed duplo longiora; oculo armato ſubtilisſime punctato-ſtriata. *Alæ* albo-hyalinæ. *Pectus*, *abdomen* & *pedes* ferruginea. Magnitudo Derm. Lycoperdi, cujus omnino ſtatura.

Obs. Varietas nigricans a Dom. Fabricio deſcripta mihi haud occurrit.

XX. DERM. Nigripennis *rufo-piceus, glaber, nitidus, thoracis margine integro, elytris nigricantibus temere punctulatis.*

Kugellan *in Schneid. Ent. Mag.* 5. *p.* 578. *Latr. nigricans.*

Sub-

Sub cortice Populi ad Walloxſäby inventus initio menſis octobris.

Caput rufo-piceum, oculis nigris. *Thorax* rufo-piceus, glaber, ſubtilisſime temere punctatulatus, transverſus, in medio parum dilatatus, longitudine dimidio latior, dorſo valde convexo, margine integro, poſtico depresſo. *Scutellum* rufo-piceum, minutum, poſtice rotundatum. *Elytra* nigro-picea, glabra, ſubtilisſime temere punctulata, convexiora, thorace parum latiora, & dimidio longiora. *Alæ* albo-hyalinæ. *Pectus* & *abdomen* rufo-picea. *Pedes* ferruginei. Derm. Cellari paulo minor.

XXI. DERM. Fimetarii *niger, thoracis margine integro, antennis, elytris poſtice pedibusque flaveſcentibus.*

Fabr. *Ent. Syſt. 1. p. 231. 22. Derm. fimetarii.*

Herbst. *Col. 4. p. 15. 5. t. 45. 5. Kater. ater.*

Habitat in Agarico fimetario & quisquiliis.

Caput nigrum, antennis flaveſcentibus. *Thorax* niger, transverſus, convexus, profunde punctulatus, longitudine dimidio latior, margine integro. *Scutellum* minutum, nigrum. *Elytra* thorace parum latiora, at duplo longiora, convexa, temere punctulata, nigra, apice flaveſcente. *Alæ* albo-hyalinæ. *Pectus* & *Abdomen* nigra. *Pedes* flavi. Dimidio minor præcedente.

Obs. Oculo acute armato pube brevisſima cineraſcente inſtructus apparet. Differt a Derm. Nigripenni magnitudine, colore, corpore minus glabro, minusque convexo, & thorace, ratione magnitudinis, profundius punctulato.

DERMESTE

Var. 5.

...ris nigris immacula...
... GEER *Inf.* 4. t.
stomarius.

Habitat cum praecen...
... Ut Derm. Fr...
Dom. Helvigio r...
Dom. Fabricio ...

... DERM. Minut...
thorace convexiu...
...lice rotundato, ...

Habitat paſſim

Caput obſcure
antennae capi...
Thorax obſ...
ma cinerasc...
vexus; ant...
medio lati...
undatus.
...lice ro...
brevisſi...
convex...
re lo...
ferru...
tudo

g
gr
po
be
ſed
me
ctus,
tudo

Obs.
pta

XX. DERM. ... Ni...
nitidus, ... g...
nigricanti...

Kugella...
Latr. nig...

II. DERM. Puſillus f... oblongus, fuſco-
transverſo ſubquadra... orace anguſto in
...iore.

HERBST. Col. 5. 14. t. ... 38. Derm. fene-
tarii var. ferruginea.

...bitat in Weſtrogothia ... 44. 1. Latridius

...ut dilute ferrugineum
...igris, antennis capi...
...oribus. Thorax di...
...s, parum convexu...
...us, vix in medio
...line tamen haud ...
...dilute ferrugineum
...ndatum. Elytr...
...triplo longiora,
...ivexa, temere
...erascente. P...
...Pedes dilute
...ente minor.
...tas hujus ſpe...
...pta haud mi...

...lobulus
...nitidus,
...feſcenti...
...ſtrogot...
..., nig...
...c nig...
...tudin...
...otun...
...e.
...exa...

...ens.
...unctulatum, ocu-
...e, capite thora-
...ulo baſeos craſ-
...ſtiore, inſequen-
...lava triarticulata
...idine ſubæquali.
...pube cinerascen-
...convexus; an-
...gitudinis, poſti-
...brotundatus, fo-
...funde excavata.
...eum, poſtice ro-
...riplo fere lon-
...duplo latiora,
...ſcente, convexa,
...Alæ albo-hy-
...ſca. Pedes fer-
...llaris, ſed pau-

...& Ips feneſtra-
...ectat, ſed ad Bo-

...s glaberrimus,
...rugineis, ely-
...ferrugineis.
Ha-

Digitized by Google

Var. β.

Elytris nigris immaculatis.

De Geer *Ins. 4. p. 220. 11. t. 8. 21. Derm. atomarius.*

Habitat cum præcedente, cui ſimillimus.

Obs. Ut Derm. Fimetarii mihi ab amiciſsimo Dom. Helvigio miſsus, qui antea illum cum Dom. Fabricio communicavit.

XXII. DERM. Minutus *ferrugineus, pubescens, thorace convexiore, antice transverſo, poſtice rotundato, elytris temere punctulatis.*

Habitat paſſim minus frequens.

Caput obſcure ferrugineum, oculis nigris; antennæ capite thoraceque paulo longiores. *Thorax* obſcure ferrugineus, pube breviſſima cinerascente, ſubtiliſſime punctatus, convexus; antice truncatus, longitudine haud dimidio latior, poſtice parum anguſtatus, rotundatus. *Scutellum* ferrugineum, breve, poſtice rotundatum. *Elytra* ferruginea, pube breviſſima cinerascente, temere punctulata, convexa, thorace paulo latiora, & triplo fere longiora. *Pectus* & *abdomen* obſcure ferruginea. *Pedes* dilute ferruginei. Magnitudo & ſtatura Derm. Abietis.

Var. β.

Nigricans, antennis pedibusque dilute ferrugineis.

Fabr. *Ent. Syſt. 1. p. 235. 42. Derm. minutus.*

Habitat cum var. præcedente, cui ſimillimus.

XXIII.

XXIII. DERM. Puſillus *ferrugineus, thorace transverſo ſubquadrato elytris triplo breviore.*

Herbst. *Col. 5. 14. t. 45. f. 4. Kater. fimetarii var. ferruginea.*

Habitat in Weſtrogothia. Dom. Gyllenhal.

Caput dilute ferrugineum, punctulatum, oculis nigris, antennis capite thoraceque paulo longioribus. *Thorax* dilute ferrugineus, punctulatus, parum convexus, transverſus, ſubquadratus, vix in medio paulo dilatatus, ſed longitudine tamen haud dimidio latior. *Scutellum* dilute ferrugineum, brevisſimum, poſtice rotundatum. *Elytra* thorace paulo latiora ſed triplo longiora, pallide ferruginea, parum convexa, temere punctulata, pube brevisſima cinerascente. *Pectus* & *abdomen* ferruginea. *Pedes* dilute ferruginei. Dimidio fere præcedente minor.

Obs. Varietas hujus ſpeciei nigra a Dom. Herbſtio deſcripta haud mihi obvenit.

XXIV. DERM. Globulus *ovatus, lævisſimus, glaberrimus, nitidus, gibboſus, niger, elytris poſtice rufescentibus, pedibus pallidis.*

Habitat in Weſtrogothia. Dom. Gyllenhal.

Caput minutum, nigrum, ore antennisque pallidis. *Thorax* niger, convexus, antice transverſus, longitudine fere duplo latior, poſtice dilatatus, rotundatus, elytris adnatis, eorumque latitudine. *Scutellum* punctiforme. *Elytra* valde convexa vel gibba, latitudine vix longiora, nigra, apice obſolete rufescentia.

tia. *Pectus* & *abdomen* nigra. *Pedes* pallidi. Inter minimos eſt, ſeu ſeminis ſinapis vix magnitudine.

Obs. Oculo etiam acute armato læviſſimus, glaberrimus.

XXV. DERM. Armadillo *ovatus, niger, pubescens, antennis pedibusque pallidis, ſcutello magno, pectore laminato.*

De Geer *Ins. 4. p. 220. 11. t. 8. f. 21. Derm. Armadillus.*

Herbst. *Col. 5. 8. 7. Latr. faſcicularis.*

Habitat in quisquiliis ad ripas aquarum in Uplandia menſe auguſti frequens.

Caput nigrum; antennæ pallescentes, rarius fuscæ, capite thoraceque longiores, articulis duobus baſeos craſſioribus, inſequentibus 6 anguſtis ſubæqualibus, nono paulo incraſſato, decimo & undecimo adhuc craſſioribus, diſtantibus, pilis longioribus. *Thorax* niger, pube cinerascente, punctulatus, convexus, transverſus, antice longitudine duplo, poſtice triplo latior, margine laterali integro. *Scutellum* magnum, nigrum, triangulare. *Elytra* thoraci adnata, latitudine vix longiora, convexa, ſubtiliſſime punctulata, nigra, pube breviſſima cinerascente, apice ſubtruncato obſolete pallescente. *Alæ* breves, albo-hyalinæ. *Pectus* nigrum: lamina utrinque poſtice producta, femora poſtica obtegens. *Abdomen* nigrum. *Pedes* pallescentes. Præcedente adhuc paulo minor.

Obs. Pectore laminato optime diſtingvitur. Tactus ſe in globulum contrahit.

XXVI.

Digitized by Google

XXVI. DERM. Feneſtralis *oblongus, fuſco-ferrugineus, pubeſcens, thorace anguſto in medio excavato.*

Fabr. *Ent. Syſt. 1. p. 234. 38. Derm. feneſtralis.*

Herbst. *Col. 5. p. 4. 1. t. 44. 1. Latridius longicornis.*

Habitat in Uplandia frequens.

Caput fuſco-ferrugineum, punctulatum, oculis nigris; antennæ ferrugineæ, capite thoraceque paulo longiores, articulo baſeos craſſiſſimo, ſecundo paulo anguſtiore, inſequentibus 6 adhuc tenuioribus, clava triarticulata articulis diſtantibus, magnitudine ſubæquali. *Thorax* fuſco-ferrugineus, pube cinerascente, confertiſſime punctulatus, convexus; antice transverſus, latitudine longitudinis, poſtice dimidio fere anguſtior, ſubrotundatus, foveola dorſali rotundata profunde excavata. *Scutellum* minutum, ferrugineum, poſtice rotundatum. *Elytra* thorace triplo fere longiora, & poſteriore ejus parte duplo latiora, fuſco-ferruginea, pube cinerascente, convexa, confertiſſime punctato-ſtriata. *Alæ* albo-hyalinæ. *Pectus* & *abdomen* fuſca. *Pedes* ferruginei. Latitudo Derm. Cellaris, ſed paulo longior.

Obs. Derm. Feneſtralis Linnæi & Ips feneſtralis De Geerii minime huc ſpectat, ſed ad Boſtrichos pertinere videtur.

XXVII. DERM. Quadripuſtulatus *glaberrimus, capite, thorace pedibusque ferrugineis, elytris nigris: maculis quatuor ferrugineis.*

tia. *Pectus* & ... me.
di. Inter min ... n, fronte
vix magnitud ... ; anten
Obs. Ocu ... iculis
glaberri ... c

XXV. DERM ...
bescen ...
tello ...
D ...

... n. *Ei*,
... , & poſteriore ...
... , convexa, punctato-ſtr ...
... , macula magna communi baſeos,
... m exteriorem haud attingente, mino-
... ue ſubrotunda paulo ante apicem, ferrugineis. *Alæ* albo-hyalinæ. *Pectus* & *abdomen* picea. *Pedes* ferruginei. Præcedente paulo major.

XXVIII. DERM. Ater *oblongus*, *glaber*, *niger*, *thorace inæquali ſubdepreſſo*, *elytris punctato-ſtriatis*.

Habitat in Finlandia rarius. Dom. Pfeiff.

Caput nigrum, fronte depreſſa, punctulata; antennæ baſi fuſceſcentes, articulis duobus baſeos craſſioribus, inſequentibus 6 tenuioribus, ſubæqualibus, clava triarticulata perfoliata, articulo apicis longiore acuminato. *Thorax* niger, antice transverſus, latitudine longitudinis, poſtice fere dimidio anguſtior, rotundatus; dorſo ſubdepreſſo, profunde punctato, variolis quibusdam majoribus impreſſis, margine laterali obtuſiſſimo. *Scutellum* nigrum,

piceum, fronte convexa
baſi ferrugineæ, apice
ut in Derm. Feneſtra-
entibus obtinet). *Tho-*
nvexior, immargina-
dorſali ſubrotunda
ata; antice trans-
, poſtice rotun-
tali acute ſer-
iforme. *Ely-*
vel vix di-
us duplo
uplo la-
abdo-
dente

GEER.
Tenebr. la.

HERBST. *Col.* 5.
dratus.

KUGELLAN *in Schneia.*
Latr. acuminatus.

Habitat in Uplandia frequens.

Caput ferrugineo-rufeſcens, oculis nig... te depreſſa, punctulata; antennæ capite ... raceque paulo longiores, articulis duobus baſeos craſſioribus, inſequentibus 6 ſubæqualibus, tenuibus, cylindricis, octavo & nono parum incraſſatis obconicis, undecimo majore, apice oblique truncato. *Thorax* ferrugineo-rufeſcens, ſubquadratus, dorſo depreſſo lineolis duabus longitudinalibus, margineque laterali parum elevatis. *Scutellum* ferrugineo-rufeſcens, minutum, poſtice rotundatum. *Elytra* dilute ferrugineo-rufeſcentia, valde convexa, crenato-ſtriata, thorace fere triplo longiora, & in medio duplo latiora, poſtice valde anguſtata, acuminata. *Alæ* amplæ, albohyalinæ. *Pectus*, *abdomen* & *pedes* ferrugineo-rufeſcentia. Magnitudine D. Feneſtralis.

XXX.

Digitized by Google

Habitat apud nos rariſſime.

Caput ferrugineum, nitidum, fronte depreſſa, punctulata, oculis nigris; antennæ capite thoraceque vix longiores, articulis duobus baſeos reliquis vix craſſioribus; clava triarticulata, articulis ſubæqualibus. *Thorax* ferrugineus, nitidus, valde convexus, punctulatus, dorſo integro; antice latitudine fere longitudinis, poſtice dimidio anguſtior. *Scutellum* minutiſſimum, ferrugineum. *Elytra* thorace plus duplo longiora, & poſteriore ejus parte duplo latiora, convexa, punctato-ſtriata, nitida, nigra, macula magna communi baſeos, marginem exteriorem haud attingente, minorique ſubrotunda paulo ante apicem, ferrugineis. *Alæ* albo-hyalinæ. *Pectus* & *abdomen* picea. *Pedes* ferruginei. Præcedente paulo major.

XXVIII. DERM. Ater *oblongus, glaber, niger, thorace inæquali ſubdepreſſo, elytris punctato-ſtriatis.*

Habitat in Finlandia rarius. Dom. Pfeiff.

Caput nigrum, fronte depreſſa, punctulata; antennæ baſi fuſceſcentes, articulis duobus baſeos craſſioribus, inſequentibus 6 tenuioribus, ſubæqualibus, clava triarticulata perfoliata, articulo apicis longiore acuminato. *Thorax* niger, antice transverſus, latitudine longitudinis, poſtice fere dimidio anguſtior, rotundatus; dorſo ſubdepreſſo, profunde punctato, variolis quibusdam majoribus impreſſis, margine laterali obtuſiſſimo. *Scutellum* nigrum,

grum, punctiforme. *Elytra* nigra, punctato-ſtriata, convexa, thorace fere triplo longiora, & poſteriore ejus parte dupló latiora. *Pectus*, *Abdomen* & *Pedes* nigra, tarſis fuscis. Derm. Feneſtrali paulo major.

XIX. DERM. Acuminàtus *oblongus*, *glaber*, *rufescens*, *thorace quadrato rugoſo*, *elytris crenato-ſtriatis acuminatis.*

De Geer *Ins.* 5. *p.* 46. 7. *t.* 2. *f.* 25-26. *Tenebr. lardarius.*

Herbst. *Col.* 5. *p.* 8. 6. *t.* 44. *f. Latr. quadratus.*

Kügellan *in Schneid. Ent. Mag.* 575. 6. *Latr. acuminatus.*

Habitat in Uplandia frequens.

Caput ferrugineo-rufescens, oculis nigris, fronte depresſa, punctulata; antennæ capite thoraceque paulo longiores, articulis duobus baſeos crasſioribus, inſequentibus 6 ſubæqualibus, tenuibus, cylindricis, octavo & nono parum incrasſatis obconicis, undecimo majore, apice oblique truncato. *Thorax* ferrugineo-rufescens, ſubquadratus, dorſo depreſſo lineolis duabus longitudinalibus, margineque laterali parum elevatis. *Scutellum* ferrugineo-rufescens, minutum, poſtice rotundatum. *Elytra* dilute ferrugineo-rufescentia, valde convexa, crenato-ſtriata, thorace fere triplo longiora, & in medio duplo latiora, poſtice valde anguſtata, acuminata. *Alæ* amplæ, albo-hyalinæ. *Pectus*, *abdomen* & *pedes* ferrugineo-rufescentia. Magnitudine D. Feneſtralis.

XXX.

XXX. DERM. Marginatus *oblongus, niger, glaber, thorace tranſverſo, marginato, rugoſo, elytris crenato-ſtriatis, antennis pedibusque ferrugineis.*

Linn. *Syſt. Nat.* 2. *p.* 675. 12. *Tenebr. minutus.*

Herbst. *Col.* 5. *p.* 6. 4. *t.* 44. 4. *Latrid. porcatus.*

Habitat paſſim frequens: ſemel in alveario apum mortuarum magnam ejus copiam inveni.

Caput nigrum, fronte rugoſa, lineola longitudinali impreſſa; antennæ ferrugineæ, ſtructura omnino præcedentis. *Thorax* niger, tranſverſus, depreſſus, rugoſus, poſtice latitudine longitudinis, antice paulo dilatatus, margine laterali acuto parum elevato. *Scutellum* nigrum, punctiforme. *Elytra* nigra, convexa, profunde crenato-ſtriata, poſtice rotundata, thorace haud triplo longiora, & poſteriore ejus parte duplo latiora. *Alæ* albo-hyalinæ. *Pectus* & *abdomen* picea. *Pedes* ferruginei. Duplo minor eſt præcedente.

Obs. Junior totus eſt ferrugineus.

XXXI. DERM. Serratus *oblongus niger, thorace convexo, foveolato, ſerrato, antennis pedibusque ferrugineis.*

Kugellan *in Schneid. Ent. mag.* 574. 3 *Latr. crenatus?*

Habitat in Uplandia & Weſtrogothia; ſemel in alveario apum emortuarum plures inveni verſus finem menſis ſeptembris.

Ca-

Caput nigrum vel piceum, fronte convexa punctulata; antennæ baſi ferrugineæ, apice obſcuriores, ſtructura ut in Derm. Feneſtrato, (quod etiam in ſequentibus obtinet). *Thorax* niger vel piceus, convexior, immarginatus, punctulatus, foveola dorſali ſubrotunda paulo pone medium, excavata; antice transverſus, longitudine fere latior, poſtice rotundatus, anguſtatus, margine laterali acute ſerrato. *Scutellum* nigrum, punctiforme. *Elytra* nigra, convexa, ſubrugoſa, vel vix diſtincte punctato-ſtriata, thorace plus duplo longiora, & poſteriore ejus parte duplo latiora. *Alæ* albo-hyalinæ. *Pectus* & *abdomen* nigra. *Pedes* ferruginei. Præcedente paulo minor.

Obs. Junior totus eſt ferrugineus. Oculo acute armato pube rara breviſſima cinerascente inſtructus cernitur. In altero ſexu margo thoracis vix ſerratus, ſed elytra paulo evidentius punctato-ſtriata

XXXII. DERM. Gibboſus *fuſco-ferrugineus, thorace convexo, ſulculo transverſali, elytris punctato-ſtriatis, pedibus antennarumque baſi ferrugineis.*

Herbst. *Col. 5. p. 5. t. 44. 2. Derm. gibboſus.*

Habitat frequens in abiete, tempore autumnali in Uplandia.

Caput fusco-ferrugineum, oculis nigris, fronte convexa, punctulata; antennæ baſi ferrugineæ, apice fuscescentes. *Thorax* fusco-ferrugineus, dorſo convexo, punctulato, foveola

la transverſali paulo pone medium profunde impreſſa; antice transverſus, longitudine paulo latior, poſtice rotundatus, paulo anguſtatus. *Scutellum* punctiforme, fuſco-ferrugineum. *Elytra* fuſco-ferruginea, punctato-ſtriata, convexa, thorace haud triplo longiora, & poſteriore ejus parte duplo latiora. *Alæ* albo-hyalinæ. *Pectus* & *abdomen* fuſco-ferruginea. *Pedes* ferruginei. Magnitudo vix Derm. ſerrati.

Obs. Foveola transverſa thoracis optime diſtingvitur. Oculo acute armato ſubtilisſime pubescens.

XXXIII. DERM. Linearis *elongatus fuſco-ferrugineus, thorace anguſto, poſtice rotundato, foveola ſubrotunda dorſali, elytris ſubrugoſis.*

Habitat in Weſtrogothia. Dom. Gyllenhal.

Caput obſcure fuſco-ferrugineum, oculis nigris, fronte convexa punctulata. *Thorax* fuſco-ferrugineus, convexus, punctulatus, foveola magna dorſali paulo pone medium ſubrotunda; antice transverſus, longitudine fere anguſtior, poſtice rotundatus, magisque adhuc anguſtatus. *Scutellum* punctiforme. *Elytra* fuſco-ferruginea, ſubrugoſa, vix diſtincte punctato-ſtriata, parum convexa, thorace triplo longiora, & poſteriore ejus parte duplo latiora. *Alæ* albo-hyalinæ. *Pectus* & *abdomen* fuſco-ferruginea. *Pedes* ferruginei. Præcedentis latitudo, ſed paulo longior.

Obs.

Obs. Derm. Serrato valde affinis, ſed differre videtur corpore magis elongato & thoracis margine ſemper integro.

ANOBIUM.

Palpi quatuor clavati.

Maxilla obtuſa, dentata.

Labium integrum.

Antennæ filiformes, articulis tribus ultimis elongatis ſubcraſſioribus.

ANOB. Elongatum *nigrum, thorace gibbo, ſubæquali, marginato, elytris punctato-ſtriatis, antennis pedibusque ferrugineis.*

Habitat in Uplandia minus frequens.

Caput nigrum vel piceum; antennæ capite thoraceque paulo longiores, ferrugineæ, articulis tribus ultimis elongatis, in mare parum dilatatis. *Thorax* niger, punctulatus, antice transverſus, immarginatus, angulis acutis, longitudine paulo latior, poſtice rotundatus, margine laterali & poſtico elevato dorſo, ſubæquali, valde gibboſo, poſtice ſubcompreſſo, lineola obſoleta longitudinali. *Scutellum* minutum, poſtice rotundatum, pube breviſſima cinerascente. *Elytra* nigra vel nigra-picea, opaca, convexo-ſubcylindrica, diſtincte punctato-ſtriata, thorace parum latiora, ſed quadruplo longiora. *Alæ* fusco-hyalinæ, nervis obſcurioribus. *Pectus & abdomen* nigra, a pube

pube omnino brevisſima certo ſitu cinerascentia. *Pedes* ferruginei, tarſis omnibus ut etjam in ſequentibus 5-articulatis. Longitudinem Derm. Lardarii interdum æquat, ſed ſemper anguſtior.

II. ANOB. Striatum *fuscum, thorace inæquali, gibbo, rotundato, poſtice utrinque foveolato, elytris punctato-ſtriatis.*

FABR. *Ent. Syſt. 1. p. 236. 2. Anob. ſtriatum.*
LINN. *Syſt. Nat. 11. p. 565. 2. Fn. Sv. 414. Ptinus pertinax.*
DE GEER *Ins. 4. 227. 1. t. 8. f. 24. 25. Ptin. pertinax.*
HERBST. *Col. 5. p. 57. 3. t. 47. f. 4. Anob. Fagi.*

Habitat in domibus primo vere frequens.

Caput fuscum, oculis nigris; antennæ capitis thoracisque longitudine, ferrugineæ. *Thorax* fuscus, punctulatus, rotundatus, non antice marginatus, dorſo inæquali, gibbo, foveola utrinque poſtica profunda ubi in latere exteriore ſæpe macula parva e pilis lutescentibus. *Scutellum* fuscum, poſtice rotundatum, pube cinerascente. *Elytra* fusca, thorace vix latiora, ſed triplo longiora, punctato-ſtriata, convexo-ſubcylindrica. *Alæ* fusco-hyalinæ. *Pectus* & *abdomen* fusca, certo ſitu a pube brevisſima cinerascentia, nitida. *Pedes* picei, pube brevisſima cinerascente. Individua minima ſpeciei præcedentis interdum magnitudine æquat.

III.

III. ANOB. Pertinax *piceum, pube cineraſcente, thoracis dorſo gibbo, poſtice compreſſo acuminato, elytris punctato-ſtriatis.*

Fabr. *Ent. Syſt.* 1. *p.* 237. 5. *Anob. pertinax.*
De Geer *Ins.* 4. *p.* 230. 3. *Ptinus punctatus.*
Herbst. *Col.* 5. *p.* 61. 7. *t.* 47. *f.* 8. *Anob. Juglandis?*

Habitat in Uplandia minus frequens.

Caput piceum, pube cineraſcente, oculis nigris; antennæ capite thoraceque longiores, ferrugineæ. *Thorax* piceus, punctulatus, pube cineraſcente, antice ſubtransverſus, longitudine fere latior, angulis acutis, poſtice rotundatus, margine laterali & poſtico elevato; dorſo ſubæquali, valde gibbo, poſtice compreſſo, acuminato. *Scutellum* minutum, piceum, pube cineraſcente. *Elytra* picea, pube cineraſcente, punctato-ſtriata, thorace vix latiora, ſed triplo longiora, convexo-cylindrica. *Alæ* fuſco-hyalinæ. *Pectus* & *Abdomen* piceo-ferruginea, pube cineraſcente. *Pedes* ferruginei, cinereo-pubeſcentes. Præcedente paulo minor.

Obs. Differt ab Anob. Elongato, cui accedit, magnitudine minori, corpore minus elongato magisque pubeſcente, & thoracis dorſo poſtice magis compreſſo, acuminato.

IV. ANOB. Teſſellatum *fuſco-ferrugineum, pube flaveſcente teſſellatum, ſubtilisſime ſcabroſum, thorace æquali.*

Fabr. *Ent. Syſt.* 1. *p.* 236. 1. *Anob. teſſellatum.*

De Geer *Ins.* 4. *p.* 230. 2. *Ptin. rufo villoſus.*

Herbst. *Col. 5. p. 53. 1. t. 47. f. 2. Anob. teſſellatum.*

Habitat in Svecia auſtrali.

Caput fuſco-ferrugineum, pube ſparſa flaveſcente; antennæ ferrugineæ, capitis thoracisque longitudine. *Thorax* fuſco-ferrugineus, pube ſparſa flaveſcente, antice longitudine paulo latior, ſubtransverſus, angulis lateralibus parum prominulis, poſtice rotundatus, dorſo æquali, valde convexo, margine laterali parum dilatato, elevato. *Scutellum* minutum, fuſco-ferrugineum, pube denſa flaveſcente. *Elytra* thoracis latitudine, at fere triplo longiora, convexo-cylindrica, fuſco-ferruginea, pube flaveſcente teſſellata. *Alæ* fuſco-hyalinæ. *Pectus*, *abdomen* & *pedes* fuſco-ferruginea, pube breviſſima cineraſcente. Derm. Lardario vix majus.

Obs. Oculo acute armato punctis minutis elevatis undique ſcabrum conſpicitur.

V. ANOB. Molle *teſtaceum oculis nigris, thorace æquali, elytris flexilibus, apice rufeſcentibus.*

Fabr. *Ent. Syſt. 1. p. 237. 7. Anob. Molle.*

Linn. *Syſt. Nat. 11. p. 565. Fn. Sv. 415. Ptin. mollis.*

De Geer *Ins. 4. p. 230. 4. t. 8. f. 29. Ptin. mollis.*

Herbst. *Col. 5. 61. 8. t. 47. 9. Anob. molle.*

Habitat in domibus & ligno Abietis ſat frequens.

Caput teſtaceum, pube breviſſima cinereo-flaveſcente, oculis nigris; antennæ capite thora-

raceque paulo longiores. *Thorax* teſtaceus, pube brevisſima cinereo-flaveſcente, marginatus, antice ſubtransverſus, longitudine fere dimidio latior, poſtice rotundatus; dorſo æquali, convexo. *Scutellum* minutum, teſtaceum, pube denſa cinereo-flaveſcente. *Elytra* thoracis latitudine, at triplo longiora, lævia, nitida, convexa, teſtacea, pube brevisſima cinereo-flaveſcente, apice ſæpius rufeſcentia. *Alæ* fuſco-hyalinæ. *Pectus*, *Abdomen* & *Pedes* teſtacea, pube brevisſima concolore. Magnitudo nimis variat: jam duplo, jam dimidio modo minor eſt præcedente.

Var. β.

Fuſcus, elytris pedibusque teſtaceis.

FABR. *Ent. Syſt. 1. p. 238. 9. Anob. Abietis.*

HERBST. *Col. 5. p. 60. 6. t. 47. 7. Anob. Abietis.*

Habitat cum var. α., cui, colore excepto, ſimillimus.

OBS. Apex elytrorum etiam in hac varietate ſæpe rufeſcit.

Var. γ.

Fuſcus immaculatus.

Habitat rarisſime cum præcedentibus, quibus ſimillimus.

OBS. Elytris, quam in congeneribus mollioribus, hæc ſpecies præſertim diſtingvitur. Oculo acute armato puncta minutisſima elevata conſpiciuntur, unde ſcabrum evadit.

VI. ANOB. Paniceum *ferrugineum pubeſcens, thorace æquali, convexo, immarginato, elytris punctato-ſtriatis.*

U 2 FABR.

FABR. *Ent. Syſt. 1. p. 237. 8. Anob. paniceum.*
HERBST. *Col. 5. 59. 5. t. 47. f. 6. Anob. paniceum.*

Habitat in pane diutius aſſervato.

Caput ferrugineum, punctulatum, pube cinereo-flavescente, oculis nigris; antennæ capitis thoracisque vix longitudine. *Thorax* ferrugineus, punctulatus, immarginatus, pube cinereo-flavescente, antice tranſverſus, paulo latior longitudine, angulis acutis, poſtice ſinuato-rotundatus; dorſo æquali, convexo, poſtice ſubcompreſſo. *Scutellum* minutisſimum, poſtice rotundatum, ferrugineum. *Elytra* thoracis latitudine, & haud triplo longiora, cylindrico-convexa, punctato-ſtriata, ferruginea, pube cinereo-flavescente. *Alæ* albo-hyalinæ. *Pectus*, *abdomen* & *pedes* ferruginea, pube cinereo-flavescente. Magnitudo nimis variat: jam Derm. Lunatum æquat, jam vix Derm. Cellari eſt majus.

VII, ANOB. Boleti *fusco-piceum, thoracis æqualis margine antico porrecto elevato, elytris temere punctulatis.*

FABR. *Ent. Syſt. 1. p. 232. 25. Derm. fuscus. Ibid. 233. 30. Derm. picipes. Ibid. 237. 6. Anob. Boleti. Ibid. Mant. Ins. 147. 18. Ips nigra.*

HERBST. *Col. 4. 137. 17. f. 41. 3. Derm. picipes. Ibid. Col. 5. p. 68. 17. Anob. Boleti.*

Habitat in Boletis frequens.

Caput fusco-piceum, oculis nigris, fronte profunde excavata, clypeo marginato; antennæ longitudine thoracis, ſubferrugineæ, articu-

culis tribus ultimis, quam in ſpeciebus præcedentibus, craſſioribus, brevioribus. *Thorax* fuſco-piceus, poſtice ſubtransverſus, longitudine dimidio latior, antice parum anguſtatus, in medio extra caput extenſus, rotundatus, angulis lateralibus prominulis; dorſo convexo, ſubtilisſime punctulato, margine antico & laterali, haud vero poſtico, parum elevato. *Scutellum* fuſco-picea, poſtice rotundatum. *Elytra* fuſco-picea, convexa, temere punctulata, latitudine thoracis, duploque longiora. *Alæ* fuſco-hyalinæ. *Pectus* & *Abdomen* picea. *Pedes* piceo-ferruginei. Derm. Tomentoſo paulo minor.

Obs. Tarſi in hoc &, quantum mihi videre licuit, in ſequentibus tribus 4-articulati, ſtructura antennarum etiam in illis differt, an ad genus proprium amandari debent? mihi haud rite nota. Derm. Fuſcum & Picipedem Fabricii ad hanc ſpeciem retuli, quia ille varietas Ipis nigræ ab ipſo Cel. Auctore eſt judicatus, & Ips nigra a me ad illum miſſa certe huic competit; hic autem, ſeu Derm. Picipes a Fabricio & Herbſtio, teſte ipſo Herbſtio, e muſeo Hübneri poſt idem individuum eſt deſcriptus, & deſcriptio Herbſtii omnino ad hunc pertinet.

II. ANOB. Micans *nigrum, ſquamulis micantibus, thorace æquali marginato, poſtice transverſo, antennis pedibusque teſtaceis.*

Fabr. *Ent. Syſt. 1. p. 238. 13. Anob. micans.*

Herbst. *Col. 5. p. 64. 10. t. 47. f. 11. Anob. micans.*

Panz. *Faun. Jns. Germ. Jn. 6. Anob. feſtivum.*

Habitat in Boletis minus frequens.

Caput nigrum, fronte impreſſa, clypeo marginato; antennæ teſtaceæ, thorace haud longiores, ſtructura ut in præcedente, quod etjam in duobus ſequentibus obſervatur. *Thorax* niger, ſubtilisſime punctulatus, ſqvamulis anguſtis brevisſimis micantibus adſperſus, æqualis, convexus, marginatus, antice in medio ſubrotundatus, angulis lateralibus tamen acutis, poſtice transverſus, longitudine paulo latior. *Scutellum* punctiforme, ſquamoſum. *Elytra* nigra, ſubtilisſime temere punctulata, ſquamulis micantibus adſperſa, convexo-cylindrica, thoracis latitudine, ſed duplo longiora. *Pectus* & *abdomen* nigro-picea. *Pedes* teſtacei. Derm. Cellaris magnitudine.

IX. ANOB. Hiſpidum *hiſpidum, piceo-nigricans, antennis pedibusque teſtaceis, thorace æquali marginato, elytris hispidis punctato-ſtriatis.*

Habitat in Uplandia pasſim.

Caput piceo-nigricans, fronte depreſſa, punctulata; antennæ palpique teſtacei. *Thorax* piceo-nigricans, convexus, æqualis, profunde punctulatus, margine laterali parum elevato; antice fere transverſus, latior longitudine, poſtice rotundatus. *Scutellum* minutum, ſubtriangulare, piceo-nigricans. *Elytra* piceo-nigricantia, thorace vix latiora, & haud triplo longiora, convexa-cylindrica, punctato-ſtriata, minus tamen diſtincte quam in reliquis. *Alæ* albo-hyalinæ. *Pectus* & *Abdomen* piceo-nigricantia. *Pedes* teſtaceo-ferruginei. Præcedente fere minor.

OBS.

Obs. Oculo armato pili brevisſimi, rigidi, cinerascentes in thorace & elytris obſervantur.

ANOB. Nitidum *piceum, glabrum, nitidum, thorace æquali poſtice rotundato, antennis pedibusque teſtaceis.*

Fabr. *Ent. Syſt. 1. p. 239. 14. Anob. Nitidum.*

Herbst. *Col. 5. p. 17. 8. t. 45. 8. Kateretes caſtaneus.*

Habitat in Boletis rarius.

Caput piceum, fronte impreſſa; clypeo marginato; antennæ teſtaceæ, articulis tribus ultimis ſæpe fuscescentibus. *Thorax* piceus, convexus, æqualis, ſubtilisſime punctulatus, vix marginatus, antice ſubtransverſus, angulis acutis, longitudine paulo latior, poſtice rotundatus. *Scutellum* minutum, ſubtriangulare, piceum. *Elytra* picea, temere punctulata, convexo-cylindrica, thoracis latitudine ſed duplo longiora. *Pectus* & *abdomen* picea. *Pedes* teſtacei. Anob. Micante paulo eſt minus.

Obs. Jam magis nigrescit, jam magis in ferrugineum colorem vergit.

PTINUS.

Palpi quatuor filiformes.
Maxilla bifida.
Labium bifidum.
Antennæ filiformes.

I. PTIN. Germanus *niger, pube griſescente, thorace quadridentato, antennis pedibusque teſtaceis, abdomine oblongo.*

FABR. *Ent. Syſt. 1. p. 239. 2. Ptin. Germanus.*
LINN. *Syſt. Nat. 11. p. 566. 6. Ptin. Germanus?*

Lectus rarius in quercu ad Walloxſäby.

Caput nigrum, ore teſtaceo; antennis teſtaceis, longitudine corporis. *Thorax* niger, punctis minutis elevatis, pubeque grisescente adſperſus, antice longitudine paulo anguſtior, ſubcylindricus, dentibus duobus obtuſis in medio dorſi, & unico utrinque laterali paulo poſteriore, pilis rigidis fasciculatis; poſtice valde anguſtatus, coarctatus. *Scutellum* nigrum, pube griscescente, minutum, poſtice rotundatum. *Elytra* nigra, crenato-ſtriata, convexo-cylindrica, pube griſescente, thorace triplo longiora & anteriore ejus parte antice dimidio fere latiora, poſtice adhuc paulo dilatata. *Alæ* amplæ, fusco-hyalinæ. *Pectus & abdomen* nigra, pube griſescente. *Pedes* teſtacei, tarſis ut in congeneribus 5-articulatis. Derm. Tomentoſi interdum magnitudine, ſed thorace anguſtiore.

II. PTIN.

PTIN. Imperialis *fuſcus, thorace poſtice carinato, elytris lævibus macula lobata apiceque albo-piloſis.*

Fabr. *Ent. Syſt. 1. p. 240. 5. Ptin. Imperialis.*
Linn. *Syſt. Nat. 11. p. 565. 4. Ptin. Imperialis.*

Habitat in arboribus in Svecia auſtrali rarius: In inſula Muſkön Sudermanniæ etiam ſemel inveni.

Caput fuſcum, pilis brevibus albidis; antennæ ferrugineæ, pube cinerascente, corporis vix longitudine. *Thorax* fuſcus, pilis ad latera ſparſis brevibus albidis, longitudine haud latior, dorſo valde convexo, poſtice compreſſo carinato. *Scutellum* fuſcum, pilis denſis brevibus albidis. *Elytra* thorace duplo longiora at triplo latiora, convexa, lævia, fuſca, macula magna communi lobata, apiceque late albidis, e pilis denſis brevibus. *Pectus & abdomen* fuſca, pilis denſis brevibus albidis. *Pedes* ferruginei albido-pubeſcentes. Vix Ptin. Germano longior, ſed elytris dimidio fere latioribus.

Obs. Oculo acute armato elytra punctis minutisſimis conſertisſimis elevatis adſperſa obſervantur.

II. PTIN. Fur *teſtaceo-ferrugineus, thorace denticulato, faſciculato, elytris faſciis duabus linearibus albidis; fœmina aptera.*

Fabr. *Ent. Syſt. 1. p. 239. 4. Ptin. fur.*
Linn. *Syſt. Nat. 11. p. 566. 5. Ptin. Fur. Fn. Sv. 657. Cer. Fur.*
De Geer *Ins. 4. 231. 5. t. 9. f. 5-6. Ptin. fur.*

Digitized by Google

Habitat ſub cortice arborum; in muſeis peſſimus, herbaria, Inſecta, aves deſtruens.
Caput teſtaceo-ferrugineum, interdum nigricans, pube cinerascente; antennæ teſtaceæ, in mare corpore paulo longiores, in fœmina vix corporis latitudine. *Thorax* teſtaceo-ferrugineus jam obſcurior jam dilutior, ſubtiliſſime ſcabroſus, antice convexo-globoſus, poſtice valde anguſtatus coarctatus; in medio in fœmina denticulo obtuſo obſoleto utrinque laterali; in mare denticulo etiam intermedio acuto, in utroque vero ſexu fasciculis quatuor e pilis rigidis cinerascentibus, unde primo intuitu 4-dentatus apparet. *Scutellum* punctiforme albido-piloſum. *Elytra* jam teſtacea, jam ferruginea vel caſtanea, crenato-ſtriata, pilis rarioribus cinerascentibus, fasciisque duabus linearibus undulatis e pilis denſis albidis; in mare convexo-ſubcylindrica, latitudine baſeos fere triplo longiora, in fœmina convexo-ſubovata, latitudine vix duplo longiora. *Alæ* in fœmina nullæ, in mare longiores, amplæ, albo-hyalinæ. *Pectus & abdomen* teſtaceo-ferruginea. *Pedes* teſtacei. Ptin. Germani jam magnitudine, jam dimidio fere minor.

Obs. Color maris ſemper magis teſtaceus. Fasciæ piloſæ elytrorum facile avelluntur ut immaculatus evadat. An a Ptin. Latrone Dom. Fabricii ſatis diſtinctus?

IV. PTIN. Crenatus *ferrugineo-teſtaceus, pube griſescente, thorace mutico; fœmina aptera.*

Fabr. *Ent. Syſt. 1. p. 240. 6. Ptin. Crenatus.*

Ku-

Kugellan *in Schneid. Ent. Mag.* 501. 5. *Ptin. minutus.*

Habitat in Uplandia.

Caput ferrugineo-teſtaceum, pube denſa griſeo-flaveſcente; antennæ teſtaceæ, in mare corpore longiores, in fœmina vix corporis longitudine. *Thorax* teſtaceo-ferrugineus, ſcabroſus, pube griſeo-flaveſcente, inermis, antice ſubgloboſus, poſtice valde coarctatus. *Scutellum* punctiforme, pube denſa griſeo-flaveſcente. *Elytra* teſtaceo-ferruginea, crenato-ſtriata, pube rara griseo-flaveſcente, in mare convexo-ſubcylindrica, latitudine baſeos triplo longiora, in fœmina ovato-ſubgloboſa, latitudine haud dimidio longiora. *Alæ* in fœmina nullæ, in mare amplæ, albo-hyalinæ. *Pectus*, *abdomen* & *pedes* ferrugineo-teſtacea.

Obs. Differt a præcedente, cui affinis, corpore duplo vel triplo minore, thorace inermi, elytriſque fasciis albidis nullis, & in fœmina magis globoſis.

PTILINUS.

Palpi quatuor ſubæquales, filiformes, articulo ultimo ſubovato.

Maxilla brevis, bifida.

Labium membranaceum, ſubemarginatum.

Antennæ flabellatæ.

I. PTIL.

I. PTIL. Pectinicornis *ſubcylindricus, niger, antennis pedibusque fusco-flaveſcentibus, elytris temere punctulatis.*

FABR. *Ent. Syſt. 1. p. 243. 2. Ptil. pectinicornis.*

LINN. *Syſt. Nat. 11. p. 265. 1. Ptinus pectinicornis. Fn. Sv. 412. Derm. pectinicornis.*

HERBST. *Col. 5. p. 41. 5. t. 46. f. 11. Ligniperda Pectinicornis.*

Habitat in Svecia auſtrali.

Caput nigrum, opacum, palpis luteſcentibus; antennæ jam luteſcentes, jam fusco-flaveſcentes, flabellatæ, in mare dimidio corpore longiores, lamellis ſubteretibus, longioribus, in fœmina capitis thoracisque longitudine, lamellis brevioribus latioribus. *Thorax* niger, opacus, antice transverſus, latitudine longitudinis, poſtice rotundatus, dorſo valde convexo gibbo, oculo acute armato ſubſcabroſo. *Scutellum* nigrum, ſubtriangulare. *Elytra* thoracis latitudine ſed duplo longiora, convexo-cylindrica, in mare fusco-cineraſcentia, in fœmina piceo-nigricantia, opaca, confertisſime punctulata, punctis vero vix ullo ordine impresſis, niſi ad marginem exteriorem in lineas binas, haud tamen bene diſtinctas, poſitis. *Alæ* amplæ, fusco-hyalinæ. *Pectus* & *abdomen* nigra. *Pedes* fusco-flaveſcentes, tarſis ut in ſequentibus, 5-articulatis. Mares magnitudine ſunt Anobii pertinacis, fœminæ paulo majores.

II. PTIL. Pectinatus *niger opacus, antennis pedibusque flavis, elytris ſtriatis.*

FABR. *Ent. Syſt. 1. 244. 4. Ptil. Pectinatus.*

PANZ.

Panz. *Faun. Ins. Germ. In. 6. Ptil. Pectinatus.*

Kugellan *in Schneid. Ent. Mag. 486. 2. Serrocerus Striatus.*

Qvenzel *Diſſ. ign. Ins. ſp. 12. Bruchus ſerraticornis.*

Habitat in ligno antiquo minus frequens.

Caput nigrum, ore ferrugineo; antennæ capite thoraceque paulo longiores, rarius nigre, ſæpius ferrugineo-flavescentes, flabellatæ, lamellis in mare, brevibus, fœminarum ſpeciei præcedentis ſimilibus, compresſis, acutis; in altero ſexu adhuc brevioribus, ut antennæ fere modo ſerratæ. *Thorax* niger, longiudine duplo latior, lateribus ſemirotundatis, declivibus, ſubmarginatis, dorſo valde convexo vel gibbo, oculo armato ſubtilisſime punctato. *Scutellum* nigrum, minutum, poſtice rotundatum. *Elytra* nigra, thoracis latitudine, at duplo longiora, valde convexa, leviter ſtriata, punctis minutisſimis in ſtriis, impresſis. *Alæ* fusco-hyalinæ. *Pectus* & *Abdomen* nigra. *Pedes* flavo-ferruginei. Latitudine præcedentis ſed brevior magisque gibbus; ſtatura Dorcat. biſtriatæ, at inſtrumenta cibaria hujus generis.

III. PTIL. Muticus *niger, opacus, antennis piloſis, thorace ſubquadrato ſulcato.*

Fabr. *Ent. Syſt. 4. app. p. 445. 5. Ptil. muticus.*

Linn. *Syſt. Nat. 11. 604. 4. Hiſpa mutica. Fn. Sv. 413. Derm. clavicornis.*

De Geer *Ins. 5. 47. 8. t. 3. f. 1. Tenebr. hirticornis.*

Ha-

Habitat in quiſquiliis minus frequens.

Caput nigrum, antice poſticeque ejusdem fere latitudinis; frons depreſſa, antennæ capite thoraceque paulo breviores, fuſiformes, articulis compreſſis, ſubperfoliatis, pilis denſis longioribus concoloribus. *Thorax* niger, parum convexus, ſubquadratus, angulis acutis, margine laterali prominulo, ſulculoque dorſali lato, profundo. *Scutellum* nullum. *Elytra* nigra, thorace parum latiora at triplo fere longiora, convexa, margine exteriore & ſuturali, lineisque tribus longitudinalibus parum elevatis, punctis duplici ordine impreſſis interjectis. *Alæ* albo-hyalinæ, elytrorum longitudine. *Pectus, abdomen & pedes* nigra. Longitudine Derm. Undati ſed anguſtior.

Obs. Auctoritate D. Fabricii hoc inſectum valde ſingulare ad Ptilinos refertur, ſed vix jure. Potius generis proprii videtur; mihi vero haud rite notum.

DORCATOMA.

Palpi quatuor inæquales, ſecuriformes.

Maxilla bifida.

Labium membranaceum, late emarginatum.

Antennæ articulo apicis oblongo ovato, ſubapicis compreſſis dilatatis, triangularibus.

1. DORC. Biſtriata *nigra, antennis pedibusque ferrugineis, elytris biſtriatis.*

Fabr.

Fabr. *Ent. Syſt. 4. Ap. 437. 9. Byrrhus minutus? antennis occultatis.*

Herbst. *Col. 4. 104. 1. t. 39. 9. Dorcat. Dresdenſis.*

Kugellan *in Schneid. Ent. Mag. 486. 1. Serrocerus glaber.*

Habitat in Boletis & ligno antiquo minus frequens.

Genus affine præcedenti, ſed diſtinctum. *Palpi* quatuor inæquales: *anteriores* maxillæ dorſo adhærentes, 4-articulati: articulo primo brevi filiformi, ſecundo paulo longiore craſſiore obconico, tertio præcedentis longitudine, ſubcylindrico, quarto ſecuriformi; *poſteriores* labii medio adnati, breviores, 3-articulati: articulis duobus baſeos ſubfiliformibus, apicis compreſſo dilatato, ſecuriformi. *Mandibula* craſſa, cornea, acuta, apice fiſſa. *Maxilla* membranacea bifida, laciniis latioribus apice rotundatis, exteriore longiore, paulo majore. *Labium* membranaceum, elongatum, apice dilatatum, late emarginatum.

Caput nigrum; antennæ ferrugineæ, capite thoraceque paulo longiores: articulo primo valde incraſſato, ſecundo multo minori, tertio quarto & quinto adhuc anguſtioribus breviſſimis, valde coarctatis, 6:to & ſeptimo maximis, intus valde dilatatis, compreſſis, triangularibus, octavo ſeu apicis oblongo, ovato, compreſſo. *Thorax* niger, nitidus, valde convexus, immarginatus, antice capitis, poſtice elytrorum latitudine, ibidemque longitudine duplo latior; oculo armato ſubtiliſſime punctulatus. *Scutel-*

tellum nigrum, poſtice rotundatum. *Elytra* nigra, vel obſcure caſtanea, nitida, latitudine vix dimidio longiora, valde convexa vel gibba; oculo armato ſtriis duabus ad marginem exteriorem impreſſis, & undique confertiſſime temere punctulata, pube breviſſima vix diſtingvenda adſperſa. *Alæ* fuscescentes. *Pectus* & *abdomen* nigra vel obſcure picea. *Pedes* ferruginei, tarſis 5-articulatis. Magnitudo Ptil. Pectinati.

MELASIS.

Palpi 4 clavati, articulo ultimo ovato.
Labium membranaceum, integrum.
Antennæ flabellatæ.

1. MEL. Flabellicornis *nigra, opaca, elytrorum ſtriis lævibus.*

FABR. *Ent. Syſt.* I. 244. I. *Mel. flabellicornis.*

LINN. *Syſt. Nat.* II. 656. 37. *Fn. Sv.* 742. *Elat. bupreſtoides.*

HERBST. *Col.* 5. 48. I. *t.* 47. I. *Mel. flabellicornis.*

Habitat in Svecia auſtrali.

Caput nigrum, thoraci intruſum; antennæ, brunneæ, capitis thoracisque vix longitudine, flabellatæ, in mare lamellis longioribus, in fœmina brevioribus. *Thorax* niger, ſubtiliſſime ſcabroſus, valde convexus, margine laterali parum elevato; antice ſubemarginatus, longitudine dimidio latior, poſtice parum angu-

guſtatus, angulis (ut in Elateribus) prominulis. *Scutellum* nigrum, depresſum, rotundatum. *Elytra* nigra, convexo-ſubcylindrica ſtriis lævibus, quarum interſtitia ſubtilisſime ſcabroſa; thorace triplo longiora, ſed ad baſin vix ejus latitudine, poſtice adhuc magis anguſtata. *Pectus*, *abdomen* & *pedes* nigra, pube brevisſima certo ſitu fuſco-flaveſcente; tarſi 5-articulati. Latitudo Anobii teſſellati ſed dimidio longior.

PARNUS.

Palpi quatuor clavati: clava orbiculata.
Maxilla bifida.
Labium emarginatum.
Antennæ breves, filiformes.

1. PARNUS Prolifericornis *niger, griſeo-villoſus, antennis tentaculatis.*

FABR. *Ent. Syſt. 1. p. 245. 1. Parn. prolifericornis.*

LINN. *Syſt. Nat. 11. p. 656. 37. Elat. dermeſtoides?*

ROSSI *Fn. Etr. 1. 103. 11. Elat. prolifericornis.*

MÜLLER *Zool. Dan. Prodr. 68. 652. Derm. villoſus.*

GEOFFR. *Ins. 1. 103. 11. Le Dermeſte à oreille.*

MODEER *in Act. Soc. Lund. 1. 3. p. 160. 7. Gyrinus Viola aquatica.*

Habitat in plantis aquaticis in Uplandia rarius, in lacu ad Mjölby in Oſtrogothia frequens.

Caput nigrum, griſeo-pubeſcens, punctulatum, thoraci intruſum; mandibulæ ferrugineæ; palpi flaveſcentes, apice nigri; antennæ breviſſimæ, ſubcylindricæ, in altero ſexu tentaculo laterali mobili elongato. *Thorax* niger, pubescentia cinerascente nitidus, ſubmarginatus, ſubtilisſime punctulatus, convexus, lineola utrinque laterali impreſſa; longitudine antice dimidio, poſtice duplo latior, angulis omnibus acuminatis. *Elytra* nigra, pube denſa griſea certo ſitu micante tecta, convexa, temere punctulata, thoracis latitudine, ſed triplo fere longiora. *Alæ* abdomine longiores, albo-hyalinæ, nervis fuscescentibus. *Pectus*, *abdomen* & *pedes* nigra, pube denſa griſeo-flaveſcente; Femora & tibiæ compreſſa; tarſi 5-articulati. Magnitudo Derm. Pertinacis.

NICROPHORUS.

Labium cordatum, emarginatum, crenatum. Antennæ perfoliatæ.

I. NICR. Germanicus *niger, fronte elytrorumque margine ferrugineis.*

FABR. *Ent. Syſt. 1. p. 246. 1. Nicrophorus germanicus.*

LINN. *Syſt. Nat. 11. p. 569. 1. Silpha Germanica.*

DE GEER *t. 4. 173. 2. t. 6. f. 4. Silpha nigra major.*

HERBST.

Herbst. *Col.* 5. 154. 2. *t.* 50. *f.* 2. *Nicr. Germanicus.*

Habitat in cadaveribus in Svecia auſtrali rarius.

Caput magnum, nigrum, nitidum, ſubtilisſime punctulatum, macula frontali ſubtriangulari, ferruginea, impresſa; antennæ thoracis longitudine, clava fuscescente. *Thorax* niger, marginatus, antice transverſus, latitudine longitudinis, angulis obtuſis, poſtice rotundatus, dorſo convexo, nitido, parum inæquali, lineola obſoleta longitudinali, oculo armato ſubtilisſime punctulatus. *Scutellum* nigrum, magnum, triangulare. *Elytra* nigra, margine exteriore, pectus & baſin abdominis amplectente, ferrugineo; thorace vix latiora, at dimidio longiora, convexa, confertisſime temere punctulata, lineis duabus vel tribus longitudinalibus valde obſoletis ſubelevatis; poſtice ſinuato-truncata, abdomine breviora. *Alæ* amplæ, elytris duplo longiores, fusco-hyalinæ, nervis rufescentibus. *Pectus* & *abdomen* nigra, pube brevi fusco-flavescente. *Pedes* nigri, femoribus poſticis clavatis, tarſis ut in congeneribus 5-articulatis; anticis, præſertim in altero ſexu dilatatis. Magnitudinem Melolonthæ Vulgaris ſæpe attingit.

Obs. Notata rarisſime elytra puncto uno alterove ferrugineo.

Var. β.

Niger, macula frontali articulisque tribus apicis antennarum ferrugineis.

Fabr. *Ent. Syſt.* 1. *p.* 247. 2. *Nicr. Hamator.*

De Geer *Ins. 4. p. 173. 2. Silpha nigra major var.*

Herbst *Col. 5. p. 156. 3. t. 50. 3. Nicr. Humator.*

Habitat cum præcedenti, cui habitu & ſtatura ſimillimus ſed ſæpius paulo minor.

Obs. Margo ſummus lateralis elytrorum interdum obſolete ſubbrunneus.

II. NICR. Veſpillo *niger, elytris faſcia duplici ferruginea.*

Fabr. *Ent. Syſt. 1. p. 247. 4. Nicrophorus Veſpillo.*

Linn. *Syſt. Nat. 11. p. 569. 2. Fn. Sv. 444. Silpha Veſpillo.*

De Geer *Ins. 4. 168. 1. t. 6. f. 1. Silpha Veſpillo.*

Herbst. *Col. 5. 157. 4., t. 50. 4. Nicr. Veſpillo.*

Habitat in cadaveribus, quæ ſepelit, frequens.

Caput nigrum, pilis quibusdam rarioribus flavescentibus; palpi brunnei, frons punctulata, lineola utrinque longitudinali, maculaque antica parva, ſæpius ferruginea, impreſſis; antennæ thoracis vix longitudine, nigræ, articulis tribus apicis rufo-ferrugineis. *Thorax* niger, marginatus, ſubtilisſime punctatus, antice pilis quibusdam flavescentibus, truncatus, longitudine fere latior, angulis obtuſis, poſtice rotundatus; dorſo convexo inæquali, lobis 4 anticis parum elevatis, lineolaque media longitudinali, jam profundius jam lævius impreſſa. *Scutellum* nigrum, magnum, ſubtriangu-

gulare. *Elytra* latitudine dimidio longiora, convexa, abbreviata, ſubtilisſime temere punctulata, nigra, margine ſummo exteriore faciisque duabus transverſis, altera paulo ante medium, altera ſubapicis, jam latioribus, jam anguſtioribus, dentato-ſinuatis, ferrugineis; ſutura tota nigra. *Alæ* amplæ, fusco-hyalino-rufescentes. *Pectus* nigrum, pube denſa flavescente nitida. *Abdomen* nigrum, elytra excedens, pilis in ſegmentorum marginibus flavescentibus. *Pedes* nigri, femoribus poſticis clavatis, baſi dentatis, extus villis flavescentibus nitentibus; tarſi antici dilatati. Dimidio ſæpius Nicr. Germanico minor.

Var. β.

Faſciis duabus elytrorum ferrugineis confluentibus, maculis diſtinctis nigris interjectis.

HERBST. *Col. 5. 15. 7. t. 50. 5. Nicr. Veſpillo var.*

Habitat cum præcedente, cui ſimillimus, rarius.

Var. γ.

Clava antennarum nigra, faſcia poſtica elytrorum abbreviata antrorſum lunata.

FABR. *Ent. Syſt. 1. p. 248. 5. Nicr. Mortuorum.*

HERBST. *Col. 5. 163. 5. t. 50. f. 6. Nicr. Mortuorum.*

Habitat in cadaveribus & fungis minus frequens.

OBS. Vix a varietatibus præcedentibus, quibus habitu & ſtatura omnino ſimilis, ſpecie differt. Pectus in individuis meis pube flave-

ſcente nitido - villoſum. nec dens femorum poſticorum defuit, ut viſus eſt Ill. Dom. Fabricio; in thorace vero antico hujus varietatis nunquam pilòs flaveſcentes ut in præcedentibus inveni.

SILPHA.

Maxilla unidentata.
Labium dilatatum, bifidum.
Antennæ clava perfoliata.

FAMILIA PRIMA.

Thorace antice integro.

I. S. Littoralis *nigra, thorace orbiculato.*

FABR. *Ent. Syſt. 1. 249. Silpha littoralis.*

LINN. *Syſt. Nat. 11. p. 570. 11. Fn. Sv. 450. Silpha littoralis.*

DE GEER *Ins. 4. 176. 4. Silpha rufo-clavata.*

HERBST. *Col. 5. 170. 1. t. 50. f. 7. 8. Silpha littoralis.*

SULTZ. *Hiſt. Ins. t. 2. f. 14. Silpha Craſſipes.*

Habitat in cadaveribus & quisquiliis minus frequens.

Caput nigrum, antennæ thorace paulo longiores, articulis tribus ultimis ferrugineis. *Thorax* niger, nitidus, orbiculatus, ſubmarginatus, ſubconvexus, impreſſione utrinque longitudinali laterali leviſſima; oculo armato ſubtiliſſime punctulatus. *Scutellum* nigrum, magnum,

gnum, triangulare. *Elytra* nigra, thorace vix latiora, ſed duplo longiora, depreſſa, gibboſitate pone medium margini exteriori propiore, lineisque tribus longitudinalibus, exteriore majore acutiore, elevatis; poſtice rotundata, abdomine breviora. *Alæ* fusco-rufescentes. *Pectus*, *abdomen* & *pedes* nigra, nitida, femoribus poſticis in altero ſexu valde incraſſatis, tibiis, præſertim poſticis, incurvis, tarſis ut in congeneribus 5-articulatis. Necr. Germanico ſæpius paulo minor.

Var. β.

Livida, ſubtus obſcurior.

FABR. *Ent. Syſt. 1. 249. 3. Silpha Livida.*

DE GEER *Ins. 4. p. 176. 4. Silpha rufo-clavata var. brunnea.*

HERBST. *Col. 174. 3. t. 50. f. 9. Silpha livida.*

Habitat apud nos rariſſime.

Habitu & ſtatura ſimillima præcedenti, ſed ſæpius dimidio minor. An ſpecie diſtincta?

II. S. Reticulata *nigra, glabra, thorace antice transverſo, elytris rugoſis: lineis tribus elevatis.*

FABR. *Ent. Syſt. 1. p. 252. 16. S. reticulata.*

HERBST. *Col. 5. p. 189. 16. t. 51. f. 5. S. reticulata.*

Habitat apud nos minus frequens.

Caput nigrum, opacum, punctulatum, clypeo valde retuſo, antennis thoracis longitudine, articulo ultimo apice fuscescente. *Thorax*

rax niger, opacus, convexus, ſubmarginatus, ſubtilisſime punctatus, antice transverſus, poſtice ſinuatus, pauloque dilatatus ut longitudine dimidio latior ſit. *Scutellum* nigrum, magnum, triangulare, punctulatum. *Elytra* nigra, thoracis latitudine, at dimidio longiora, convexa, lineis tribus longitudinalibus, exteriore evidentiore, acutiore, breviore; extrorſum ſubtilisſime punctata, in medio vero & introrſum rugoſa e punctis minutis impresſis & rugis plurimis diſtinctis ſæpe confluentibus elevatis. *Alæ* amplæ, albo-hyalinæ, nervis rufeſcentibus. *Pectus*, *abdomen* & *pedes* nigra. S. Littorali duplo fere brevior, ſed non duplo anguſtior.

III. S. Obſcura *nigra*, *glabra*, *thorace antice transverſo*, *elytris lineis tribus obſoletis longitudinalibus*, *alis minutis*.

Fabr. *Ent. Syſt. 1. 252. 15. S. obſcura.*

Linn. *Syſt. Nat. 11. p. 572. 18. Fn. Sv. 457. S. obſcura.*

Habitat in cadaveribus rarius.

Caput nigrum, clypeo retuſo, ore pilis fulveſcentibus inſtructo; antennæ thorace paulo longiores. *Thorax* niger, opacus, convexus, ſubmarginatus, ſubtilisſime punctulatus, antice transverſus, angulis rotundatis, poſtice rotundato-ſubſinuatus, paulo dilatatus, longitudine dimidio latior. *Scutellum* mediocre, nigrum, triangulare, punctulatum. *Elytra* nigra, opaca, latitudine vix thoracis, at plus quam dimidio longiora, ſubtilisſime punctulata, lineis tribus, exteriore breviore, longitudinalibus,

libus, lævibus, ſubelevatis, obſoletis, certo ſitu vix conſpicuis. *Alæ* minutæ, anguſtæ, elytris breviores, albo-flaveſcentes. *Pectus, Abdomen* & *Pedes* nigra. Magnitudo præcedentis.

Obs. Elytra ad marginem exteriorem confertius, ad interiorem paulo rarius punctata ſunt. S. Obſcura Herbſtii vix huc pertinet.

IV. S. Granulata *nigra, glabra, thorace antice transverſo, elytris punctatis: lineis tribus elevatis, alis amplis.*

Thunb. *Ins. Sv. 5. 72. S. granulata.*

Herbst. *Col. 5. 183. 11. t. 51. f. 1. S. atrata.*

Habitat in cadaveribus ſat frequens.

Caput nigrum, ore pilis fulveſcentibus obſito; mandibula unidentata, apice fiſſa; antennæ capitis thoracisque fere longitudine. *Thorax* niger, glaber, convexus, ſubæqualis, ſubmarginatus, antice truncatus, latitudine fere longitudinis, angulis rotundatis, poſtice paulo dilatatus, ſinuatus; oculo armato confertiſſime punctulatus. *Scutellum* nigrum, mediocre, triangulare, punctulatum. *Elytra* latitudine thoracis, at plus quam dimidio longiora, nigra, opaca, marginata, undique confertiſſime temere punctulata, lineis tribus lævibus longitudinalibus elevatis, poſtice abbreviatis. *Alæ* albo-hyalinæ, elytris longiores. *Pectus, abdomen* & *Pedes* nigra. Magnitudo S. Reticulatæ.

Obs. Valde affinis præcedenti, ſed differt elytris introrſum confertius punctatis, lineis elevatioribus, & alis duplo majoribus.

Digitized by Google

V. S. Atrata *nigra nitida, thorace antice rotundato, elytris ſubtilisſime rugoſis, lineis tribus longitudinalibus elevatis.*

Fabr. *Ent. Syſt. 1. p. 251. 11. S. atrata.*

Linn. *Syſt. Nat. 11. p. 571. 12. Fn. Sv. 451. S. atrata.*

De Geer *Ins. 4. 177. 5. t. 6. f. 15. S. punctata.*

Herbst. *Col. 5. 199. 24. t. 51. f. 13. S. punctata.*

Habitat in cadaveribus frequens.

Caput nigrum, nitidum, anguſtum, elongatum, ſubtilisſime punctulatum, clypeo emarginato; ore pilis flavescentibus obſito; mandibula unidentata, apice acuto inermi; antennæ capitis thoracisque fere longitudine. *Thorax* niger, glaber, nitidus, marginatus, parum convexus, punctis confertisſimis impresſis, ad latera confluentibus, unde ſubrugoſus evadit; antice rotundatus, poſtice transverſus, longitudine dimidio latior. *Scutellum* nigrum, nitidum, punctulatum, ſubtriangulare. *Elytra* thoracis latitudine at duplo longiora, nigra, glabra, nitida, convexa, marginata, lineis tribus, exteriore breviore, longitudinalibus elevatis, punctisque confertisſime impresſis, ſæpe confluentibus, unde ſubrugoſa evadunt. *Alæ* minutæ, anguſtæ, elytris dimidio breviores, vix ad volandum idoneæ. *Pectus*, *abdomen* & *Pedes* nigra. Præcedentibus paulo eſt minor.

Var. β.

Nigra, thorace elytrisque ferrugineo-brunneis.

De

De Geer *Ins. 4. p. 181. 5. S. punctata. var.*
Herbst. *Col. 5. p. 200. 25. t. 51. f. 14. S. fusca. Ibid. p. 202. 26. t. 51. f. 15. S. brunnea.*

Habitat minus frequens cum præcedente, cui, colore excepto, ſimillima.

Obs. Exhibet interdum thoracem medio obſcuriorem ut ſub nomine S. brunneæ a Dom. Herbſtio deſcripta.

VI. S. Lævigata *nigra, thorace antice poſticeque rotundato, elytris ſubtilisſime punctulatis.*

Fabr. *Ent. Syſt. 1. p. 252. 14. S. lævigata.*
Herbst. *Col. 5. p. 187. 14. t. 51. 3. S. lævigata.*

Habitat apud nos rarisſime.

Caput nigrum, punctulatum; clypeo emarginato, ore pilis fulveſcentibus; antennæ longitudine thoracis. *Thorax* niger, convexus, punctulatus, ſubmarginatus, antice parum compresſus, ſemiorbiculatus, poſtice rotundatus, longitudine dimidio fere latior. *Scutellum* nigrum, punctulatum, triangulare. *Elytra* nigra, latitudine thoracis, at duplo longiora, valde convexa, marginata, undique ſubtilisſime confertisſime temere punctulata, lineis elevatis nullis. *Alæ* amplæ, albo-hyalinæ, nervis flaveſcentibus, *Pectus*, *Abdomen* & *Pedes* nigra. Magnitudo variat: jam præcedentem haud ſuperat, jam S. Obſcuram æquat; ab amicisſimo Dom. Rosſi mihi etiam ſpecimina adhuc paulo majora misſa ſunt, nullo vero modo ſpecies diſtincta.

VII.

Digitized by Google

VII. S. Tomentoſa *nigra, cinereo-tomentoſa; elytris lineis tribus longitudinalibus elevatis.*

De Geer *Ins.* 4. 109. 8. *S. tomentoſa.*

Herbst. *Col.* 5. 203. 27. *t.* 51. *f.* 16. *S. tomentoſa.*

Habitat in cadaveribus.

Caput nigrum, pube denſa cinereo-flaveſcente, punctulatum, clypeo emarginato; mandibula valida, dentata, apice obtuſa, fiſſa; antennæ thorace vix longiores. *Thorax* niger, pube denſa cineraſcente, ſubtiliſſime punctulata, dorſo convexo, lateribus depreſſis, ſubmarginatis; antice transverſus, latitudine longitudinis, angulis rotundatis, poſtice dilatatus, ſinuato-rotundatus. *Scutellum* nigrum, triangulare, pube denſa cineraſcente. *Elytra* thoracis latitudine, at duplo longiora, nigra, pube denſa cineraſcente, marginata, ſubtiliſſime temere punctulata, parum convexa, gibboſitate paulo pone medium, lineisque tribus, exteriore acutiore breviore, elevatis. *Alæ* elytris longiores, albo-hyalinæ, nervis obſcurioribus. *Pectus*, *abdomen* & *Pedes* nigra, cinereo-pubeſcentia. S. Atrata paulo minor.

Obs. Linea exterior elevata elytrorum ultra gibboſitatem haud porrecta, in ſequente vero fere ad apicem.

FAMILIA SECUNDA.

Thorace antice emarginato.

VIII. S. Sinuata *nigra, opaca, ſubpubeſcens, elytris ſubtiliſſime punctatis, lineis tribus elevatis, poſtice ſinuatis.*

Fabr.

FABR. *Ent. Syſt. 1. p. 252. 18. S. ſinuata.*
HERBST. *Col. 5. 191. 18. t. 51. f. 7. S. ſinuata. Ibid. p. 204. 28. t. 52. f. 1. S. Diſpar.*

Habitat apud nos minus frequens.

Caput nigrum, punctulatum, pube jam cinerascente, jam flavescente, clypeo emarginato; antennis thoracis vix longitudine. *Thorax* niger, pube brevisſima, jam cinerascente, jam flavescente, maculis & punctis plurimis ſubelevatis glabris; parum convexus, ſubmarginatus, antice emarginatus, angulis acutis, poſtice rotundato-ſinuatus, parum dilatatus, ſed longitudine tamen vix dimidio latior. *Scutellum* nigrum, triangulare, pube cinereo-flavescente. *Elytra* nigra, pube rara brevisſima cinerascente vel flavicante, thorace haud latiora, ſed duplo longiora, parum convexa, gibboſitate paulo pone medium, lineisque tribus longitudinalibus acutis elevatis, apice ſinu rotundato excavata, in altero ſexu integra; oculo armato undique ſubtilisſime confertisſime punctulata. *Alæ* elytris longiores, amplæ, fusco-hyalinæ. *Pectus*, *abdomen* & *Pedes* nigra, pube omnino brevisſima fuscescente. Magnitudo præcedentis.

OBS. Variat, forſan ætate juniore elytris fusco-brunneis, ut a Dom. Herbſtio ſub nomine S. diſparis picta. Pubes elytrorum facillime deteritur.

IX. S. Rugoſa *nigra, capite thoraceque pubescente, elytris rugoſis: lineis tribus elevatis.*

FABR. *Ent. Syſt. 1. p. 251. 10. S. Rugoſa.*
LINN. *Syſt. Nat. 11. p. 571. 16. Fn. Sv. 445. S. Rugoſa.*

Digitized by Google

De Geer *Ins. 4. 182. 7. S. Rugoſa.*

Herbst. *Col. 5. p. 183. 11. S. rugoſa. Ibid. p. 208. 35. t. 52. f. 4. S. lapponica.*

Thunb. *Ins. Sv. 5. 72. S. lapponica.*

Habitat in cadaveribus & quisquiliis frequens, in Lapponia frequentisſima.

Caput nigrum, pube cinereo-flavescente; clypeo emarginato; antennis thoracis longitudine. *Thorax* niger, ſubmarginatus, dorſo inæquali, pube cinereo-flavicante, locis elevatioribus glabrioribus, antice emarginatus, angulis acutis, poſtice rotundato-ſinuatus, longitudine dimidio latior. *Scutellum* triangulare, nigrum. *Elytra* thoracis latitudine, at duplo longiora, marginata, ſubdepresſa, nigra, opaca, lineis tribus elevatis, exteriore acutiore, longitudinalibus, interſtitiis punctis & gibberibus irregularibus elevatis ſcabris. *Pectus, Abdomen* & *Pedes* nigra. Magnitudo variat: ſæpius præcedentem, interdum vero, licet rarius, S. Granulatam æquat.

Obs. Apex elytrorum interdum, ut in ſpecie præcedente, ſinuatus. Pubes thoracis facillime ætate vel caſu avellitur, unde ſæpius thorax totus glaber conſpicitur.

X. S. Thoracica *rugoſa, nigra, thorace ruſo pubescente.*

Fabr. *Ent. Syſt. 1. p. 250. 7. S. thoracica.*

Linn. *Syſt. Nat. 11. p. 571. 13. Fn. Sv. 452. S. thoracica.*

De Geer *Ins. 4. p. 174. 3. t. 6. f. 7. S. thoracica.*

Herbst. *Col. 5. p. 178. 7. t. 50. f. 11. S. thoracica.*

Ha-

Habitat in cadaveribus frequens.

Caput nigrum, pube brevisſima fulva nitida; clypeus emarginatus; mandibula unidentata; antennæ longitudine thoracis. *Thorax* rufus, dorſo inæquali, pube brevisſima denſa fulva, holoſericea, lateribus depresſis ſubmarginatis; antice emarginatus, poſtice ſinuato-rotundatus, dilatatus, longitudine plus quam dimidio latior. *Scutellum* nigrum, concavum, triangulare. *Elytra* thoracis latitudine, ſed duplo longiora, marginata, nigra, rugoſa: lineis tribus longitudinalibus elevatis, interioribus obſoletis, exteriore valde elevata acuta. *Alæ* elytris longiores, fusco-hyalinæ. *Pectus*, *Abdomen* & *Pedes* nigra. S. Reticulata paulo major.

XI. S. Quadripunctata *ſupra glabra teſtacea, capite, thoracis medio, ſcutello punctisque duobus elytrorum nigris.*

Fabr. *Ent. Syſt. 1. p. 253. 19. S. 4-punctata.*

Linn. *Syſt. Nat. 11. p. 571. 14. Fn. Sv. 453. S. 4-punctata.*

De Geer *Ins. 4. p. 181. 6. S. 4-punctata.*

Herbst. *Col. 5. p. 192. 19. t. 51. f. 8. S. 4-punctata.*

Hvbitat in Svecia auſtrali.

Caput nigrum, punctulatum, clypeo emarginato, antennis longitudine thoracis, apice fuscescentibus. *Thorax* in medio niger, lateribus teſtaceis, ſubtilisſime punctatus, immarginatus, antice emarginatus, poſtice ſinuato-rotundatus, in medio dimidio latior longitu-

gitudine. *Scutellum* nigrum, triangulare. *E-lytra* thoracis latitudine, at duplo longiora, marginata, convexa, ſubtiliſſime punctulata, lineis tribus parum elevatis, interioribus obſoletioribus; teſtacea, punctis duobus magnis nigris, altero baſeos, altero in disco paulo pone medium. *Alæ* amplæ, fusco-hyalinæ. *Pectus*, *abdomen* & *Pedes* nigra, pube rara breviſſima fuscescente. Magnitudo S. Reticulatæ.

XII. S. Opaca *glabra*, *fusco-nigricans*, *elytris lineis tribus longitudinalibus elevatis æqualibus*, *alis minutis*.

FABR. *Ent. Syſt. 1. p. 252. 17. S. opaca.*

LINN. *Syſt. Nat. 11. 571. 15. Fn. Sv. 454. S. opaca.*

HERBST. *Col. 5. p. 190. 17. t. 51. 6. S. opaca.*

Habitat apud nos minus frequens.

Caput nigrum, punctulatum, ore pilis ferrugineis, clypeo emarginato; antennæ thorace longiores, apice cinerascentes. *Thorax* medio niger, lateribus ſæpius fusco-brunneis, marginatus, parum convexus, ſubtiliſſime punctulatus, impreſſione utrinque obſoleta baſeos; antice emarginatus, poſtice transverſo-ſubſinuatus, dilatatus ut longitudine fere duplo latior ſit. *Scutellum* nigrum, triangulare. *Elytra* fusca, obſolete rufescentia, thoracis latitudine, at plus duplo longiora, convexa, marginata, punctis minutiſſimis confertiſſimis, interdum confluentibus adſperſa, lineisque tribus longitudinalibus evidenter elevatis, æqualibus,

Digitized by Google

libus, licet exteriore breviore. *Alæ* minutæ, breves, anguſtæ, *Pectus*, *Abdomen* & *Pedes* nigra. Magnitudo S. Thoracicæ.

Obs. S Granulatæ valde affinis, ſed differt thorace emarginato, alis minoribus, lineisque elytrorum paulo elevatioribus.

XIII. S. Groſſa *picea, thorace brevisſimo, elytris ſubtilisſime rugoſis, lineis tribus elevatis lævibus.*

Fabr. *Ent. Syſt. 1. p. 249. 6. S. groſſa.*

Linn. *Syſt. Nat. 11. p. 572. 27. Fn. Sv. 459. S. groſſa.*

Herbst. *Col. 1. p. 177. 6. t. 50. f. 10. S. groſſa.*

Habitat in Uplandia rarius, in Finlandia magis frequens.

Caput nigro-piceum, punctulatum, clypeo integro rotundato, ore colloque pilis fulvescentibus; antennis capitis thoracisque longitudine. *Thorax* piceus punctulatus, in medio ſubtusque nigricans, antice anguſtus, valde emarginatus angulis prominulis acutis, poſtice parum rotundatus, dilatatus, longitudine plus triplo latior; dorſo convexo nitidiore, lateribus depresſis, margine parum elevato. *Scutellum* minutum, punctulatum, piceum, poſtice rotundatum. *Elytra* picea, thorace fere quadruplo longiora, ſed poſteriore ejus parte haud latiora, marginata, parum convexa, lineis tribus æqualibus, lævibus, longitudinalibus elevatis, punctisque confertisſime excavatis, ſæpe confluentibus, unde ſubrugoſa evadunt. *Alæ* amplæ, elytris longiores, fuſco-

sco-

Digitized by Google

ſco-hyalinæ. *Pectus*, *Abdomen* & *Pedes* piceo-nigra. Magnitudo variat: Jam S. Thoracica major, jam S. Quadripunctata paulo minor.

Obs. Inſtrumenta cibaria hujus & S. Ferrugineæ accurate obſervavi, ut tandem conſtaret an veſtigiis D:ni Kugellan inſiſtendo in genere proprio cum S. Dentata & Oblonga a præcedentibus ſejungi mererentur, ſed ea minime diverſa inveni. Mandibula quidem conſtanter unidentata, fisſa, at forma mandibulæ hoc in genere, ut jam monui, nimis variat.

XIV. S. Dentata *nigra*, *margine crenato*, *thorace inæquali*, *elytris ſcabris*.

Fabr. *Ent. Syſt. 1. p. 254. 23. S. dentata.*
Linn. *Syſt. Nat. 11. p. 573. 23. S. ſcabra.*
Herbst. *Col. 5. p. 197. 23. t. 51. f. 12. S. ſcabra.*

Habitat pasſim rarior.

Caput nigro-piceum, ſubſcabroſum, clypeo integro, rotundato; antennæ thorace paulo longiores, articulo baſeos crasſisſimo, ſeptem inſequentibus ſubæqualibus moniliformibus, nono, decimo & undecimo iterum incrasſatis, perfoliatis. *Thorax* nigro-piceus, punctulatus, antice emarginatus dentibus duobus obtuſis, in medio duplo latior longitudine, poſtice rotundatus, ad latera valde depresſus, margine crenato, dorſo elevato, lineola profunda longitudinali, pauloque pone medium utrinque dente unico. *Scutellum* minutisſimum, elevatum, bifidum. *Elytra* thoracis latitudine, ſed triplo longiora, nigro-picea, punctulata, margine valde depresſo crenato, dorſo parum elevato plano lineis tribus

bus longitudinalibus ſcabroſis, quæ in dentes duos validos terminantur. *Alæ* amplæ, fuſco-hyalinæ. *Pectus*, *Abdomen* & *Pedes* nigra. Sequentis vix latitudo, ſed paulo longior.

XV. S. Ferruginea *ferruginea, elytris lineis ſeptem lævibus elevatis, punctis duplici ordine interjectis.*

FABR. *Ent. Syſt. 1. p. 253. 21. S. ferruginea.*
LINN. *Syſt. Nat. 11. p. 572. 19. Fn. Sv. 458. S. ferruginea.*
DE GEER *Ins. 4. 183. 9. S. cimicoides.*
HERBST. *Col. 5. 195. t. 51. f. 10. S. Ferruginea.*

Habitat in cadaveribus.

Caput ferrugineum, punctulatum, clypeo integro rotundato, antennis longitudine thoracis. *Thorax* ferrugineus, lateribus depreſſis dilutioribus, margine elevato; punctulatus, antice anguſtus, valde emarginatus, angulis prominulis acutis, poſtice ſubtruncatus, dilatatus, longitudine plus duplo latior. *Scutellum* minutum, ferrugineum. *Elytra* ferruginea, thoracis latitudine, eoque triplo longiora, margine dilutiore depreſſo, temere punctulato, disco convexo, lineis ſeptem ſubæqualibus, lævibus, longitudinalibus, elevatis, punctis duplici ordine interjectis. *Alæ* amplæ fuſco-hyalinæ. *Pectus*, *Abdomen* & *Pedes* flavo-ferruginea. S. Thoracica quadruplo minor.

XVI. S. Oblonga *oblonga, nigricans, elytris lineis octo discoidalibus elevatis, alternis evidentioribus, omnibus punctis interjectis.*

Y 2 FABR.

Fabr. *Ent. Syſt. 1. p. 253. 22. S. oblonga.*

Linn. *Syſt. Nat. 11. 572. 22. Fn. Sv. 460. S. oblonga.*

De Geer *Ins. 4. 185. 11. S. oblonga.*

Herbst. *Col. 5. 196. 22. t. 51. f. 11. S. oblonga.*

Habitat paſſim minus frequens.

Caput nigro-piceum, punctulatum, clypeo integro, antennis thoracis longitudine. *Thorax* nigro-piceus, marginatus, punctulatus, antice emarginatus, angulis prominulis acutis, poſtice ſubtransverſus, dilatatus, longitudine fere duplo latior. *Scutellum* minutum, punctulatum, nigro-piceum, poſtice rotundatum. *Elytra* nigro-picea, thoracis latitudine, ſed quadruplo longiora, parum convexa, margine laterali & ſuturali elevato, lineisque octo discoidalibus longitudinalibus, alternis evidentioribus, elevatis, ordinibus punctis excavatis interjectis. *Alæ* amplæ, fusco-hyalinæ. *Pectus*, *abdomen* & *pedes* picea. Longitudo interdum præcedentis, ſed dimidio anguſtior.

PELTIS.

Palpi 4 filiformes, 3-articulati, truncati.
Maxilla cornea, bifida.
Labium breve, ſubemarginatum.
Antennæ perfoliatæ.

I. PET. Brunnea *brunnea, nitida, ſubpubescens.*

Fabr.

Fabr. *Ent. Syſt. 1. p. 294. n. Caſſida Limbata?*

Thunb. *Nov. Sp. Inſect. Caſſ. brunnea.*

Habitat ſub cortice truncorum pini & abietis.

Genus omnino diſtinctum. *Palpi* quatuor ſubæquales; *antici* maxillæ dorſo adhærentes 3-articulati, articulis longitudine ſubæquali, baſeos obconico, reliquis filiformibus, ultimo præcedente paulo anguſtiore, apice truncato; *poſtici* breves labii margini adnati, 3-articulati, filiformes, articulo intermedio paulo breviore, apicis truncato. *Mandibula* brevis, craſſa, cornea, apice acuta, fiſſa. *Maxilla* cornea, bifida, laciniis ſubæqualibus, interiore apice mucronato. *Labium* breve, membranaceum, cylindricum, apice ſubemarginatum ciliatum.

Caput minutum, thoraci intruſum, brunneum, pilis quibusdam griseſcentibus; oculi nigri, antennæ capitis thoracisque longitudine, articulis tribus ultimis craſſioribus, perfoliatis. *Thorax* brunneus, nitidus, ſupra obſcurior, pilis quibusdam brevisſimis griseſcentibus, convexus, marginatus, ſubtilisſime punctulatus, poſtice longitudine duplo latior, antice anguſtatus, angulis lateralibus nullis. *Scutellum* obſcure brunneum, triangulare, punctulatum. *Elytra* obſcure brunnea pilis quibusdam cineraſcentibus nitida, marginata, valde convexa, profunde punctulata punctis ad marginem interiorem in lineas regulares, ad exteriorem vero vix ullo ordine poſitis. *Alæ* amplæ, fu-

Digitized by Google

ſco-hyalinæ. *Pectus*, *Abdomen* & *Pedes* ruſo-brunnea; tarſi 5-articulati. Latitudine S. ferrugineæ ſed brevior & magis rotunda, convexa, ut ſtatura fere Caſſidæ.

CATOPS.

Palpi quatuor inæquales, triarticulati, ſubulati.
Maxilla biſida.
Labium biſidum.
Antennæ extrorſum craſſiores, ſubperfoliata.

I. CAT. Sericeus *ovatus fuſcus, pube breviſſima, thorace poſtice dilatato, pedibus dyſtriſque obſcure teſtaceis.*

Fabr. *Ent. Syſt. t. 1. p. 2. p. 507. 8. Trioma ſericea.*

Herbst. *Col. 4. 196. 6. Trit. ſericea.*

Habitat in cadaveribus minoribus & in quiſquiliis.

Genus omnino diſtinctum: *Palpi* quatuor inæquales; *anteriores* elongati, maxillæ dorſo adnati, triarticulati: articulis longitudine ſere æquali, primo cylindrico, extrorſum vix cra-

---

Catopis corpus pubeſcens, immarginatum, agile, capite deflexo, oculis parvis lateralibus, antennis diſtantibus ſub oculis inſertis, thorace convexo, poſtice deflexo. Scutellum triangulare; elytra rigida, abdomen obtegentia, convexa, poſtice declivia, amplæ; abdomen poſtice acuminatum; pedes, præſertim poſtici elongati, tibiæ ſpinoſæ, tarſis omnibus 5-articulatis; color obſcurus.

Digitized by Google

craſſato, ſecundo obconico, craſſiore, tertio tereti-ſubulato; *poſteriores* labii baſi exteriori adhærentes, triarticulati: articulo baſeos paulo majore, ultimo tereti-ſubulato, apice obtuſo. *Mandibula* brevis, cornea, inermis, apice arcuata, acuta. *Maxilla* membranacea, bifida: laciniis anguſtis, exteriore majore, apice obtuſo. *Labium* membranaceum, bifidum.

Caput fusco-nigricans, deflexum, ſubtilisſime punctulatum, pube brevisſima fusco-flavescente; antennæ capite thoraceque paulo longiores, baſi lividæ, apice fuscescentes: articulis 1-6 ſubæqualibus filiformibus, ſeptimo, octavo, nono & decimo paulo craſſioribus ſubperfoliatis, undecimo apice acuminato. *Thorax* fuscus, ſubtilisſime punctulatus, pube brevisſima concolore holoſericea, deflexus, parum convexus, immarginatus, antice poſticeque transverſus, illic latitudine fere longitudinis, hic duplo latior. *Scutellum* minutum, triangulare, obſcure teſtaceum. *Elytra* thoraci adnata, antice valde convexa, gibba, latitudine vix dimidio longiora, poſtice declivia, anguſtata, acuminata; obſcure teſtacea, pube brevisſima holoſericea concolore; oculo armato temere punctulata, lineis quibusdam obſoletis longitudinalibus certo ſitu poſtice conſpicuis. *Alæ* amplæ fusco-hyalinæ. *Pectus*, & *abdomen* fusca, pube brevisſima concolore. *Pedes* obſcure teſtacei, longiores, tarſis in altero ſexu dilatatis. Latitudo Derm. Pellionis, ſed brevior.

Obs. Variat colore jam obſcuriore, jam dilutiore: occurrit etjam quadruplo minor, tarſis

jam dilatatis, jam ſimplicibus; an ſpecies diſtincta, & ſub nomine Trit. dubiæ a Dom. FABRICIO deſcripta? ſed magnitudine excepta nullo modo illos diſtingvere valeo.

II. CAT. Morio *oblongo-ovatus, nigro-piceus, thorace antice poſticeque latitudine ſubæquali, articulo octavo antennarum minutisſimo.*

FABR. *Ent. Syſt. t. 1. p. 11. p. 507. 7. Tritoma Morio.*

DE GEER *Ins. 4. p. 216. 9. t. 8. f. 15. Derm. fornicatus.*

THUNB. *Ciſtela Gibboſa.*

HERBST. *Col. 4. 196. 5. Trit. Morio.*

Habitat cum præcedente minus frequens.

Caput nigrum, deflexum, ſubtilisſime punctulatum, pube fuscescente; antennæ capite thoraceque paulo longiores, baſi lividæ, apice fuscæ, articulo primo ſequentorum craſſitie, ſed paulo longiore, quinque inſequentibus ſubæqualibus, reliquis parum incraſſatis ſubperfoliatis, octavo tamen minutisſimo. *Thorax* nigro-piceus, ſubtilisſime punctulatus, pube brevisſima fuscescente holoſericea, convexus, immarginatus, antice poſticeque truncatus, latitudine ſubæquali, longitudine vix dimidio latior. *Scutellum* nigrum, triangulare. *Elytra* nigro-picea, pube brevisſima fuscescente holoſericea, convexa, apice parum declivia, anguſtata, minus quam in præcedente acuminata; latitudine plusquam dimidio longiora; oculo armato ſubtilisſime punctulata, atque ut in præcedente poſtice ſubſtriata. *Alæ*

am-

amplæ, fusco-hyalinæ. *Pectus & Abdomen* nigra, pube fuſceſcente. *Pedes* fuſci, tibiis tarſisque dilutioribus, tarſis in altero ſexu dilatatis. Maximis individuis præcedentis dimidio fere minor.

Var. β.

Livido-teſtaceus immaculatus.

Habitat cum varietate præcedente, cui ſimillimus.

III. CAT. Elongatus *oblongus nigricans, antennis filiformibus, elytris pedibusque ferrugineis.*

Habitat apud nos rarius.

Caput nigricans, punctulatum, pube brevisviſſima cinerascente, ore dilute ferrugineo; antennæ ferrugineæ, longitudine corporis, filiformes, articulis ſubæqualibus, apicis acuminato. *Thorax* nigricans, margine obſolete rufescente, parum convexus, ſubtilisſime punctulatus, pube brevisſima griſescente, antice poſticeque transverſus, latitudine longitudinis, lateribus rotundatis immarginatis. *Scutellum* nigricans, punctulatum, triangulare, *Elytra* ferruginea, pube omnino brevisſima vix conſpicua griſescente, parum convexa, obſolete ſubſtriata, apicibus rotundatis, latitudine thoracis, ſed triplo longiora. *Pectus & abdomen* nigra. *Pedes* ferruginei. Latitudo Cat. Morionis ſed dimidio longior.

Obs. Individua tarſis anticis dilatatis prædita haud vidi, forſan fœminæ modo mihi repertæ. Certe hujus generis licet antennæ vix extrorſum incrasſatæ. Statura omnino præcedentium, ſed magis elongatus.

Digitized by Google

IV. CAT. Brevicornis *niger, griſeo-ſubpubeſcens, thorace antice compreſſo, poſtice dilatato, antennis brevibus clavato-perfoliatis.*

Habitat in locis alpibus Dalecarlicis vicinis rarior.

Caput deflexum, nigrum, punctulatum, pube brevisſima griſescente, palpis fuſco-ferrugineis; antennæ fuſco-ferrugineæ, thoracis longitudine: articulo baſeos crasſiore, ſecundo paulo anguſtiore, tertio valde anguſtato, 4:to 5:to 6:o & 7:mo iterum ſenſim paulo incrasſatis, 8:vo 9:no 10:mo & 11:mo clavam conſtituentibus, crasſioribus, ſubæqualibus, perfoliatis, articulo ultimo obtuſo. *Thorax* niger, punctulatus, pube brevisſima griſescente, convexus, immarginatus, antice transverſus, ſubcompresſus, anguſtatus, poſtice transverſus, dilatatus, longitudine tamen vix dimidio latior, *Scutellum* triangulare, nigrum, punctulatum, pubescens. *Elytra* nigra, griſeo-pubescentia, holoſericea, ſubtilisſime punctulata, convexa, thoracis latitudine, at duplo longiora, poſtice parum anguſtata, rotundata. *Pectus & abdomen* nigro-picea. *Pedes* fuſco-ferruginei. Cat. Morione duplo minor. Brevitate ac forma antennarum & exiguitate totius corporis a præcedentibus differt.

NI.

Digitized by Google

NITIDULA.

Palpi quatuor filiformes.

Maxilla cylindrica, membranacea.

Labium cylindricum.

Antennæ clava ſubſolida.

I. NIT. Varia *ſupra nigro-ferrugineoque varia, elytris ſtriis obſoletis elevatis.*

FABR. *Ent. Syſt. 1. p. 259. 12. Nitidula varia.*

LINN. *Syſt. Nat. 2. 574. 30. Fn. Sv. 464. Silpha griſea.*

DE GEER *Ins. 4. 184. 10. Silpha maculata.*

HERBST. *Col. 5. p. 232. 5. t. 53. f. 4. Nitidula varia.*

Habitat ſub cortice arborum.

Caput ferrugineum, punctulatum, oculis nigris; antennæ thoracis longitudine. *Thorax* ſubtus ferrugineus, ſupra nigro-ferrugineoque varius, margine ferrugineo, parum convexus, ſubtilisſime punctulatus, dorſo ſubinæquali; antice late emarginatus, angulis acutis, longitudine dimidio latior, poſtice truncatus, parum dilatatus. *Scutellum* ferrugineum, minutum, poſtice rotundatum. *Elytra* nigro-ferrugineoque varia, margine ferrugineo, thoracis latitudine, at plus quam dimidio longiora, parum convexa, lineis tribus longitudinalibus obſoletis, elevatis; oculo armato undique ſubtilisſime ſubrugoſa. *Alæ* amplæ, fuſco-hyalinæ. *Pectus*, *abdomen* & *pedes* ferruginea, tarſis, ut in ſequentibus, 4-articu-

culatis. Magnitudo variat: Silpha Ferruginea jam duplo, jam quadruplo eſt minor.

Obs. Oculo armato pilis quibusdam breviſſimis adornata.

II. NIT. Sordida *nigra thorace ſulcato elytrisque ferrugineis, his ſubſcabroſis, ſtriis obſoletis elevatis.*

Fabr. *Ent. Syſt. 1. p. 258. 13. Nit. ſordida.*

Herbst. *Col. 5. 249. 25. t. 54. f. 9. Nit. ſordida.*

Habitat cum præcedente.

Caput nigrum, ore antennisque ferrugineis, harum clava fuscescente. *Thorax* ferrugineus, punctis minutiſſimis confertiſſimis elevatis, dorſo convexus, parum inæqualis, ſulculo utrinque longitudinali, unde latera depreſſa margine ſummo obſcuriore ſubelevato; antice valde emarginatus, angulis acutis, longitudine dimidio latior, poſtice parum dilatatus, truncatus. *Scutellum* obſcure ferrugineum, minutum, poſtice rotundatum. *Elytra* thoracis latitudine, & dimidio longiora, ferruginea, e punctis, nudis oculis inconſpicuis, elevatis, ſubſcabroſa, lineis tribus valde obſoletis elevatis; parum convexa, ſubmarginata, ſummo margine nigricante. *Alæ* amplæ, albo-hyalinæ. *Pectus & abdomen* nigra vel obſcure picea. *Pedes* ferruginei. Magnitudo individuorum mediocrium præcedentis.

Obs. Signata interdum macula una alterave elytrorum pallida, omnino ut cel. Dom. Herbst Nitid. bilobam t. 53. f. 8. depinxit, ſed lobos clypei ante oculos hac in ſpecie nunquam obſervavi. Differt a Nit. Varia, cui affinis, præ-

Digitized by Google

præſertim punctis minutisſimis thoracis elytrorumque elevatis & elytris, ratione magnitudinis, brevioribus.

III. NIT. Obſcura *nigra, opaca, ſubdepreſſa, thorace elytriſque læviſſimis, pedibus ferrugineis.*

Fabr. *Ent. Syſt. 1. p. 256. 3. Nit. Obſcura.*
De Geer *Ins. 4. 188. 15. Silpha rufipes.*
Herbst. *Col. 5. 230. 2. t. 53. f. 2. Nit. obſcura.*

Habitat in cadaveribus.

Caput nigrum, profunde punctulatum, ore antenniſque ferrugineis. *Thorax* niger, opacus, læviſſimus, ſubdepreſſus, immarginatus, antice longitudine fere dimidio latior, vix emarginatus, poſtice truncatus parum dilatatus. *Scutellum* nigrum opacum, minutum, poſtice rotundatum. *Elytra* abdomine paulo breviora, nigra, opaca, læviſſima, parum convexa, thoracis latitudine at dimidio longiora. *Alæ* albo-hyalinæ. *Pectus* & *abdomen* nigra. *Pedes* ferruginei. Dimidio fere minor eſt præcedente.

Obs. Oculo armato pube breviſſima cinerascente inſtructa.

IV. NIT. Bipuſtulata *nigra, thorace convexo, elytris puncto rubro, pedibus ferrugineis.*

Fabr. *Ent. Syſt. 1. p. 255. 1. Nit. 2-puſtulata.*
Linn. *Syſt. Nat. 11. p. 570. 4. Fn. Sv. 445. Silpha 2-puſtulata.*
De Geer *Ins. 4. p. 186. 13. t. 6. f. 22. 23. Silpha 2-puſtulata.*

Herbst.

Herbst. *Col. 5. p. 229. 1. t. 53. f. 1. Nit. 2-puſtulata.*

Habitat in cadaveribus, lardo.

Caput nigrum, opacum, clava antennarum fuscescente. *Thorax* niger, opacus, ſubtiliſſime punctulatus, in medio convexus, lateribus depreſſiusculis marginatis; antice longitudine dimidio latior, parum emarginatus, poſtice truncatus, paulo dilatatus. *Scutellum* nigrum, opacum, minutum, poſtice rotundatum. *Elytra* latitudine thoracis at dimidio longiora, lævia, abdomen vix obtegentia, nigra, opaca, puncto paulo pone medium rubro. *Alæ* albo-hyalinæ. *Pectus* & *abdomen* jam nigra opaca, jam picea. *Pedes* ferruginei. Magnitudo præcedentis ſed thorace convexiore gaudet.

Obs. Oculo armato pube breviſſima cineraſcente prædita.

V. NIT. Æſtiva *teſtacea, convexa, thorace emarginato, oculis nigris.*

Fabr. *Ent. Syſt. 1. p. 256. 6. Nit. æſtiva.*

Linn. *Syſt. Nat. 2. p. 574. 32. Fn. Sv. 465. Silpha æſtiva.*

Herbst. *Col. 5. p. 232. 4. t. 53. f. 3. Nit. ſilacea.*

Habitat in floribus frequens.

Caput teſtaceum oculis nigris. *Thorax* teſtaceus, medio valde convexus, lateribus depreſſis margine vix elevato, antice emarginatus, longitudine dimidio latior, poſtice truncatus paulo dilatatus. *Scutellum* triangulare teſtaceum. *Elytra* teſtacea, quam in præ-

ced.

Digitized by Google

cedentibus paulo convexiora, thoracis latitudine & dimidio longiora. *Alæ* albo-hyalinæ. *Pectus*, *abdomen* & *pedes* teſtacea. Præcedente ſæpius paulo minor.

Obs. Pube brevisſima concolore, punctisque minutisſimis temere adſperſa. Mares fœminæque ſimillimi.

VI. NIT. Obſoleta *teſtacea, elytris depresſis, in altero ſexu fuſceſcentibus.*

Fabr. *Ent. Syſt. 1. p. 256. 7. Nit. obſoleta.*

Linn. *Syſt. Nat. 2. p. 514. 33. Fn. Sv. 463. Silpha depresſa.*

Herbst. *Col. 5. 240. 11. t. 53. 10. Nit. obſoleta.*

In ſucco Betulæ exciſæ adſcendente ſæpe tempore vernali occurrit.

Caput teſtaceum, oculis nigris. *Thorax* antice emarginatus, longitudine dimidio latior, poſtice transverſus, paulo dilatatus, dorſo parum convexo, lateribus depresſis margine elevato; in fœmina teſtaceus immaculatus, in mare fuſceſcens margine late teſtaceo. *Scutellum* triangulare, in mare fuſcum, in fœmina teſtaceum. *Elytra* thoracis longitudine, eoque dimidio longiora, ſubdepresſa, in mare fuſca, in fœmina teſtacea. *Pectus* & *abdomen* in mare fuſca, in fœmina teſtacea. *Pedes* teſtacei. Magnitudo jam præcedentis, jam paulo minor.

Obs. Oculo armato ſubpubeſcens punctis minutisſimis temere adſperſis. Differt a Nit. æſtiva, cui valde ſimilis, præſertim elytris minus convexis, & colore in fœmina paulo obſcuriore teſtaceo, in mare fuſceſcente.

VII.

VII. NIT. Hæmorrhoidalis *fuſca thoracis dorſo inæquali, elytris apice maculisque obſoletis ferrugineis.*

FABR. *Ent. Syſt.* 1. *p.* 259. 18. *Nit. hæmorrhoidalis.*

LINN. *Syſt. Nat.* 2. *p.* 573. 27. *Fn. Sv.* 462. *Silpha Colon.*

DE GEER *Ins.* 4. *p.* 187. 14. *t.* 6. *f.* 24. *Silpha Colon.*

HERBST. *Col.* 5 *p.* 235. 7. *t.* 53. 6. *Nit. hæmorrhoidalis.*

Habitat in ſucco e ſauciatis arboribus effluente.

Caput fuscum, punctulatum, antennis fusco-rufescentibus. *Thorax* fuscus margine pallescente, antice parum emarginatus, longitudine dimidio latior, poſtice truncatus, paulo dilatatus; dorſo convexo, inæquali, variolis quibusdam impresſis. *Scutellum* fuscescens, minutum, poſtice rotundatum. *Elytra* latitudine thoracis, ſed dimidio longiora, parum convexa, fusca, apice late, punctisque ſæpius duobus baſeos, interdum etiam minuto discoidali, ferrugineis. *Alæ* albo-hyalinæ. *Pectus & abdomen* fusca. *Pedes* picei. Nit. æſtiva paulo major.

OBS. Oculo armato, temere punctulata, pubeque brevisſima veſtita, quod etiam in ſequentibus obtinet.

Var. β.

Nigra thoracis margine elytrorumque disco ferrugineis.

FABR. *Ent. Syſt.* 1. *p.* 259. 19. *Nit. discoidea.*

HERBST.

Herbst. *Col. 5. p. 237. 8. t. 53. 7. Nit. diſcoidea.*

Habitat minus frequens cum præcedente, cui magnitudine, habitu & ſtatura ſimillima.

VIII. NIT. Pedicularia *nigra, convexa, thorace antice ſubtranſverſo, pedibus brunneis.*

Fabr. *Ent. Syſt. 1. p. 260. 20. Nit. pedicularia.*

Linn. *Syſt. Nat. 2. p. 574. 34: Fn. Sv. 466. Silpha pedicularia. Ib. Syſt. Nat. 2. p. 564. 25. Fn. Sv. 436. Derm. Pſyllius.*

Herbst. *Col. 4. p. 189. 9. Strongylus Pſyllius.*

Habitat in floribus frequens.

Caput nigrum, antennis fuſceſcentibus. *Thorax* niger, convexus, marginatus dorſo æquali, antice vix emarginatus, longitudine parum latior, poſtice paulo dilatatus, tranſverſus. *Scutellum* nigrum, poſtice rotundatum. *Elytra* nigra, thoracis latitudine at dimidio longiora, convexa, abdomine paulo breviora. *Alæ* albo-hyalinæ. *Pectus* & *abdomen* nigra. *Pedes* brunnei. Nit. Æſtiva dimidio fere minor.

Var. β.

Viridi-ænea antennis pedibuſque fuſcis.

Fabr. *Ent. Syſt. 1. p. 261. 24. Nit. ænea.*

Herbst. *Col. 5. p. 241. 13. Nit. ænea.*

Habitat cum præcedente, cui, colore excepto & magnitudine paulo minori, omnino ſimillima.

Var. γ.

Viridi-ænea, pedibus rufis.

Fabr. *Ent. Syſt. 1. p. 261. 25. Nit. viridescens.*

Digitized by Google

Herbst. *Col. 5. p. 240. 12. t. 54. f. 1. Nit. viridescens.*

Habitat cum præcedentibus, quibus ſimillima.

IX. NIT. Flexuoſa *ſupra nigricans, elytris abbreviatis, margine, puncto humerali apiceque late flavis.*

Fabr. *Ent. Syſt. 1. p. 258. 14. Nit. flexuoſa. Ibid. p. 261. 28. Nit. truncata?*

Herbst. *Col. 5. 246. 21. t. 54. 5. Nit. flexuoſa.*

Habitat paſſim minus frequens.

Caput nigricans, clypeo elongato antennisque ferrugineis. *Thorax* ſubtus ferrugineus, ſupra nigricans, margine ſæpe obſolete ferrugineo, parum convexus, vix marginatus, antice poſticeque transverſus, illic longitudine dimidio latior, hic paulo dilatatus. *Scutellum* nigricans, minutum, poſtice rotundatum. *Elytra* thorace vix latiora & longiora, dimidiam modo partem abdominis obtegentia, ſubdepreſſa, nigricantia, margine exteriore, puncto humerali maculaque magna ſinuata apicis flavis. *Alæ* albo-hyalinæ. *Pectus* & *Abdomen* dilute picea. *Pedes* ferruginei. Nit. Æſtiva paulo minor.

X. NIT. Decemguttata *ſupra fuſceſcens, fronte impreſſa: thoracis margine elytrorumque punctis quinque pallidis; ſcutello triangulari.*

Fabr. *Ent. Syſt. 1. p. 258. 11. Nit. 10-guttata.*
Herbst. *Col. 5. 249. 26. Nit. 10-guttata.*

In-

Digitized by Google

In ſucco adſcendente ſauciatæ quercus ad Walloxſdby inveni.

Caput ferrugineum, interdum fuscescens, clypeo elongato, foveola utrinque frontali. *Thorax* ferrugineus dorſo fuscescente, ſæpius lineola longitudinali ferruginea, marginatus, convexus, antice emarginatus, longitudine dimidio latior, poſtice transverſus, vix dilatatus. *Scutellum* fuscescens, triangulare. *Elytra* thoracis latitudine at dimidio longiora, convexa, fuscefcentia, margine punctisque quinque (2. 1. 2.) pallide ferrugineis. *Alæ* albo-hyalinæ. *Pectus*, *Abdomen* & *Pedes* pallide ferruginea. Nit. Bipuſtulata vix major.

XII. NIT. Imperialis *clypeo brevi, fronte integra, elytris fuscescentibus: maculis connatis acutis albidis, margine rufescente.*

FABR. *Ent. Syſt. 1. p. 257. 10. Nit. imperialis.*

HERBST. *Col. 5. 248. 24. t. 54. f. 8. Nit. imperialis.*

Habitat in Weſtrogothia. Dom. GYLLENHAL.

Caput rufescens, clypeo brevi, fronte integra. *Thorax* fuscescens, margine ferrugineo, convexus, antice emarginatus, longitudine dimidio latior, poſtice paulo dilatatus transverſus, *Scutellum* fuscescens, minutum, poſtice rotundatum. *Elytra* thoracis latitudine at plus quam dimidio longiora, convexa, fuscescentia maculis plurimis acutis connatis albidis, margine rufescente. *Alæ* albo-hyalinæ. *Pectus* & *Abdomen* jam rufescentia, jam fuscescentia. *Pedes* ferruginei. Paulo minor

 præ-

præcedente, a qua differt corpore magis elongato, clypeo breviore, fronte integra, ſcutello poſtice rotundato &c.

XIII. NIT. Strigata *convexa, thorace immarginato, elytris fuſcis, margine, lineola baſeos ſtrigaque apice fulvis.*

FABR. *Ent. Syſt. 1. p. 257. 9. Nit. ſtrigata.*

HERBST. *Col. 4. p. 187. 7. t. 43. 7. Strongylus ſtrigatus.*

In ſucco e cæſa quercu adſcendente, in Uplandia ſemel plures inveni.

Caput fuſcum, antice rufeſcens. *Thorax* ſubtus rufeſcens, ſupra fuſcus, margine fulvo, convexus, immarginatus, antice emarginatus, longitudine dimidio latior, poſtice dilatatus ſubſinuatus. *Scutellum* fuſco-rufeſcens, apice rotundatum. *Elytra* thoracis latitudine at dimidio longiora, convexa, ſubmarginata, fuſca, margine lineola inæquali baſeos ſtrigaque ſinuata poſtica fulvis. *Alæ* amplæ, fuſcohyalinæ. *Pectus* & *Abdomen* fuſco-ferruginea. Nit. Sordida paulo minor, convexior.

XIV. NIT. Ferruginea *ferruginea, convexa, tomentoſa, elytris punctato-ſtriatis.*

FABR. *Ent. Syſt. 1. p. 257. 8. Nit. ferruginea.*

HERBST. *Col. 4. p. 186. 6. Strongylus æſtivus.*

Habitat in Lycoperdo Boviſta in Uplandia menſe ſeptembri.

Caput ferrugineum, clava antennarum fuſceſcente, oculis nigris. *Thorax* ferrugineus pube fulveſcente, convexus, marginatus, antice

lon-

Digitized by Google

longitudine vix dimidio, poſtice vero duplo latior, hic transverſus, illic ſubemarginatus. *Scutellum* ferrugineum, pubescens, minutum, triangulare. *Elytra* ferruginea pube fulvevescente, convexa, punctato-ſtriata, thoracis latitudine at duplo longiora. *Alæ* amplæ, fusco-hyalinæ. *Pectus*, *Abdomen* & *Pedes* ferruginea. Magnitudo Nit. Sordidæ ſed convexior.

Obs. Tarſis omnibus 5-articulatis, quibus a præcedentibus diſſert, pariterque habitu & ſtructura labii, baſi cornei, apice membranacei dilatati, late emarginati, angulis acutis. Generis proprii videtur, mihi vero adhuc haud rite cognita. Variat interdum elytrorum margine & apice fuscescentibus.

HETEROCERUS.

Palpi breves filiformes.

Maxilla unidentata, longitudine palporum.

Labium late emarginatum.

Antennæ breves recurvæ: articulo tertio quartoque cordatis, ultimis ſerratis.

1. HETER. Marginatus *fuscus, pubescens, elytris obſolete ferrugineo-punctatis, pedibus anticis palmatis.*

Fabr. *Ent. Syſt. 1. p. 262. 1. Het. marginatus.*
Thunb. *Derm. feneſtratus.*

Habitat paſſim minus frequens.

Caput fuſcum, pube griſeo-fuſcescente: antennæ ſubferrugineæ capite breviores. *Thorax* fuſcus pube griſeo-fuſcescente, convexus, immarginatus, antice transverſus, in medio longitudine duplo latior, poſtice parum rotundatus. *Scutellum* fuſcum, minutum, ſubtriangulare. *Elytra* thoracis latitudine at plus duplo longiora, convexa, fuſca, pube griſeo-fuſcescente, margine punctisque quibusdam irregularibus interdum confluentibus, obſoletis, ferrugineis; oculo acute armato ſubtiliſſime ſubrugoſa. *Pectus* & *Abdomen* fuſca, margine interdum obſolete rufescente. *Pedes* fuſco-rufescentes, antici palmati: tarſi omnes 5-articulati. Sæpius Derm. Lunati magnitudine.

Obs. Variat, forſan ætate, corpore toto pallide griſescente, maculis elytrorum vix diſtinctis.

ERRATA.

Pag. 2. l. 9. intermedii l. intermedio
— — l. 11. & 12. cornua lateralia l. cornuum lateralium
— — l. 12. intermedio l. intermedii
— 5. l. 7. 8. ferrugineis l. ferrugineo
— 8. l. 8. foſsori l. Foſsore
— — l. 22. nitidiori l. nitidioris
— 18. l. 1 & 2 fuſceſcente l. fuſceſcens
— 22. l. 7. Ciliæ l. Cilia
— 31. l. 21. medii l. media
— 32. l. 5. maculatus l. maculatis
— 32. l. 23. medio l. media
— 33. l. ante & penultima pilum brevisſimum l. pilus brevisſimus
— 36. l. 5. quatuor Maculatus l. Quadrimaculatus
— 37. l. 13 & 14 lunata rubra l. lunato rubro
— 38. l. 26. Margine l. margini
— 38. l. antepenult. bi. Maculatus l. Bimaculatus
— 42. l. 1. 2. interiore l. interiori
— 43. l. 31. Sphæridios l. Sphæridia
— 45. l. 15. tenue l. tenuiter
— — l. 26. & 27 Individua majora l. individuorum majorum
— 47. l. 20. rugoſo l. rugoſa
— 48. l. 3. ſutura l. ſuturæ
— 55. l. 8. niger l. nigrum
— 56. l. 16. 17. ſexu l. ſexus
— 59. l. 8. major l. majus
— — l. 30. & p. 61. l. 12. affinis l. affine
— 61. l. 13. convexus l. convexum
— 75. l. 8. 9. lævior l. levius
— 79. l. 20. Trox l. Scarabæus
— 80. l. 7. & p. 95. l. 17. quorum l. quarum
— 82. l. 17. dentati l. dentata

Pag.

Digitized by Google

Pag.

— — l. 21. anguſtius l. anguſtior

— 85. l. 16. diverſis l. variis

— 91. l. 13. Ips l. Ipis

— — *inter* lin. 18 & 19. *inſere* Fabr. Ent. Syſt. I. p. 2. p. 499. 11. Mycetophagus nigricornis.

— 116. l. 2. apice l. apici

— 117. l. 4. ſubrugoſo l. ſubrugoſa

— — l. 5. impreſſo l. impreſſa

— 125 l. antepen. exavata l. excavata

— 134. l. 15. ſerio l. ſerie

— 168. l. 7. lævisſima l. levisſima

— 171. l. 10. & p. 172. l. 12. & p. 173. l. 6. Labium l. clypeus

— 192. l. 21. *poſt* antice *adde* flavum

— — l. 22. flavo l. flava

— 213. l. 21 & 22 & jam l. etjam

— 253. l. 24. *ante* foveolato *adde* non

— 267. l. penult. immarginatus l. vix marginatus

Cetera, pro ſuo favore, L. benevolus ipſe emendet.

Digitized by Google

Digitized by Google